CONCOR-
DIA DISCORS,
SIVE

RIMONIA CATHOLICAE CHRISTI Ecclesiæ, ad Illustriß. S. Rom. Imperij Principes, & alios ...um omnes, nomine semichristianæ Confeßionis suæ Au... temerè gloriantes, qua liquidò ipsis demonstrat, simu..., ac verè personatam ipsorum Concordiam, anno 1580: ...am, non solùm viros facere Antichristianos; sed & minimè solidis, immo Assyflatis ad- eoque pugnantibus niti fundamentis.

AVTHORE

...erendisimo VVilhelmo Lindano Ecclesiæ Ruræmundensis Episcopo.

...RTA EST CENSVRE DOCTISSI- ...eremiæ Patriarchæ Constantinopolitani de Confes- ... Augustana epitome, qui illam grauißimorum, plus minus XXXIII. errorum, Catholicæ fidei concorditer, condemnat.

COLONIAE

In officina Birckmannica

CIƆ. IƆ. LXXXIII.

Cum priuilegio S. Cæsar. Maiestatis

CATHOLICA CHRISTI IESV ECCLESIA AD SEMICHRISTIANAM PRINCIpum & Ciuitatum protestantium SYNAGOGAM DIABOLI, & indubiam Antichristi ante.ambulonem.

Abdiæ 1. *Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi? inualuerunt aduersus te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum panem, ponunt insidias super te.*


Ierem 38. Oze. 7. *Seduxerunt te viri pacifici tui: demerserunt in cano & lubrico pedes tuos! Principes tuos mẽdacijs lætificauerunt.*

1. Cor. 14. *An à vobis verbum Dei processit? an in vos solos peruenit?*

D. Ambros. Comm in Lucã cap. 9. *Christum negat, qui non omnia, quæ Christi sunt, confitetur, vnum Dogmatum si retraxeris, retraxisti salutem tuam!*

SERENISS. D. ET A DEO CO- RONATO RADHVLPHO II. AVSTRIACO, REGI ROMA-

norum, & Imperatori Germaniarum, salutem, atq; perpetuum, & id celere, auxilium à Christo Iesu, VVilhelmus Damasi Lindanus.



QVod olim Dei spiritus, Serenissime D. Imperator, aduersus infestissimos populi Dei hostes in D. Esaia non sine acri Sarcasmo clamitabat, Inite consiliũ, & non stabit! loquimini verbum, & non erit! quia nobiscum deus: hoc ipsum & hoc tempore in nouos istos nouæ concordiæ, quam sex aut octo Protestantes & Confessionis Augustanæ Professores non ita pridem iniuerunt, auctores, ab eodem Christi spiritu dici procul dubio est nobis Catholicis accipiendum. Varijs enim artibus, callidisq; ac plane Sinonicis consilijs aliquam nouæ quidem concordiæ formulam anno superiore 80. sibi instar idoli illius prophetici conflarunt, expolierunt, ornarunt, erexerunt! *Esaiæ 8.* *Esaiæ 44.*

ſed qui malè conciliata & non cohęrentia, immo emarcida, vereq; carioſa idoli huius penitius intueatur viſcera, videbit perſpicuè diu illud ſtare nō poſſe ſaluum, quin certò, idq; omniū opinione citius, rimas agat, labaſcat, diſſoluatur, cadat, ruat.

Qui namque vafrum iſtum pauculorū Theologorum ſyncretiſmum, ſeu verius litigioſum bellæ illius Pandoræ pomū vel per tranſennam aſpicit, videt nullo concordię fœdere iſtos in Religione ac doctrina Chriſti Euangelica verè diſcordes animos ita poſſe ferruminari, nedū vlla conſolidari arte, vt non aliquando ea in varias diffluat, immo vltrò diſiliat & dilabatur adeò ruinas. Sunt illi tanquā illius apud Danielē Regis Babylonici ſtatuę pedes, teſta, ferro, lutoq; coaliti: ſed q vento cęli conteruntur, miſceantur licèt humano ſemine, arctiſsimis nectātur affinitatibus, varijsque ſtringantur etiam ſacro ſanctorum fœderum nexibus. Fieri enim nulla vnquā ratione queat, vt perpetuò ſibi cohęreant, quę naturis adeò inter ſe cōtrarijs pugnāt, vtq; tā male ipſosmet inter authores ſarta gratia, quamuis in ſpeciem coaluiſſe imperitis videatur, firmiter coaleſcat.

Daniel. 2.

Cap. 2.

Quę indubitatū diuini oraculi finē infælicib⁹ proteſtātibus iā nūc præſagiūt plu-

rima; quod qui iactatā cōcordiā subsignarūt, plerique nō tā animi iudicio, quā aut precio, precib⁹, prᴔmio vt hoc facerēt inducti sint, plerique; verò sint minis, exilijs, proscriptionib⁹ territi: Plurimi aliud mente versipelli sentirent, aliud discordi ore illi Vulcanio Proselytorū fabro Iac. And. loquerētur manuq; signarēt. Nota est Tilmanni Heshusij imaginarij illi⁹ pauculorā mensiū Episc. cōtra quosdā suos symmistas querela, ob variā inter ipsos de doctrina noua sui secundū Luther. Euang. dissensionē, adeò vt epistola ad Selneckerum scribat, se Martino Chēnitio recōciliari nō posse, nisi palinodiam canat.

Iac. Andreas Aerufcator cū Pharisęis Proselytos varios conabatur in Concordiæ nouæ subsignationem varijs Strophis pellicere.

Sūt & inter Cathedrarios sapiētes istos, cōscriptitios dicā an venalitios Cōcordię istius Protestātiū approbatores, quos nūc palā suę dispudet, immò perdolēter pænitet subscriptiōis tā repentinę aut incōsultę: ne dicā extortę atq; violētæ; Sunt qui longè aliter sese, quàm ibi narratur, subscripsisse profitentur; Sūt etiā, qui asserunt certis verborū formulis, nō verò, vti asseritur, simpliciter sese in multa huius Concordię dogmata consensisse.

Demū non desunt qui vilissimi quęst⁹ causa aliud animo occultantes, aliud ore prophano profitebātur, ne aut coniuratorū incurrerent indignationē, aut illorum

Vide Iohan. Schutz ad Ducem Saxon. Anno 80. quod plurimi manu, non mēte signarunt op⁹ Concordiæ nouæ.

Tribunorum Iac. Andreę atque sociorũ istud Idolum in primis machinantium euitarent expertam dudum Tyrannidē; aut suorum denique principum offensionem. Sicuti quidam inter Confeſsionistas in magna noſtra Babyloni Antvverpia diuerſantes ſuis literis orbi teſtatum faciunt; quarum exemplar ex varijs Ruremundæ nuper interceptis conſequuti legimus. In ijs cum nouo agebatur miniſtro N. Antvverpiā ex oppido Saxoniæ N. in Martiniſtarum Synagogā euocando; ſed eo adhibito veri Syncretiſmi pacto, vt ſilentium interea eſſet de Illyricanis, ſiue Opitianis, aut neſcio cuius noui erroris quibuſdam dogmatib⁹, de Peccato originali, & ſimilibus: vt ſaltē aliqua inter ipſos concordis doctrinæ vmbra imperitis hominibus appareret, qua ſuam irreconciliabilem palliare, ac ſilentio, eoque ex diſerta ſacro ſancti pacti formula obtegere conantur diſcordiam; quæ in dies ſeſe magis, magisque, Chriſto fauente, orbi prodet. Quo enim pacto, precor, eam deliteſcere diutius patiantur tam funeſta inter ipſos vel Superintendentes odia, pluſquam nouercalia? ne Vatiniana dicam: quippe cū inter ipſa iſtius Confeſsionis Auguſtanæ

Diſcordiā Proteſtantium nō poſſe diutius occultari, quin in neruum erumpat.

O præclaros confeßionis Auguſtanæ

Co-

Columina Caluiniſtæ non pauci, plures Manichæi, plurimi Pelagiani, & aliorum execrandorum dogmatum Profeſſores, immò, ſi Chriſto placet, Iudaicę ſuperſtitionis Patroni reperiantur, qui hũc præclarum Superintendentium Euangelicorum locum tenent. Cuius rei teſtẽ citabo Conradum Huſerum Tigurinũ qui ſuam deplorans ſortem (quod fidos veritatis propugnatores deſpiciunt quidam Germaniæ Satrapæ atque Reguli, Apoſtatæ Iuliani ſpiritu ducti) tractatu de Iudæorũ impoſturis fol. 53. nobilem atque potentem quendam N. tantam, refert, cum Iudæis amicitiam colere, vt non ſolum grauiſsima eis committat negotia: ſed vnum Iudæorum ad ſummos ſuæ ditionis honores euehẽs ipſum Superintendentis munere ornarit. Addexit eodem fol. 53. tam id eſſe omnibus manifeſtum, vt miniſtro Euangelico demortuo, ille Iudaicus Superintendens (ô infælicisſimam Germaniam: quæ à Chriſtomachis Iudæis legem Chriſti Euangelicam modo diſcere cogitur!) illi ſucceſſorem & quęſi erit, & inuenerit, & prę fecerit. Quod Paradoxum ne cui fabuloſum, aut hyperbolicum fortè videatur, preclarum, viri nobilis N. Huſerus addidit

miniſtros à Iudæo Superintendente cõſtitutos in Germania.

Vide Conradum Huſerũ de Iudæorum impoſturis Basileæ apud P. Pernam. Fol. 53.

Fol. 54.

Euangelium Chriſti Germania nunc diſcit à Chriſtomachis Iudæis. O mirãdum Lutheranorum Euangelium.

Fol. 55.

Heu miserum Christi Euangelium Iudæis proditum ad defendendũ à protestantibus.

dit testimoniũ: qui ex ipso Iudaici huius Superintẽdentis ore verba dicti illius mãdati Iudęo dati, ipse audierit, ꝙ ille miratus, næ id scitum est, inquit, Quales sunt Principes, tales esse solere ciues.

Super hæc omnia illud pijs Dei filijs indubitato esse argumẽto põt, discordẽ istã Protestantiũ concordiã vt vt personatã nullo negotio, nullaq; adhibita humanæ prudentiæ machina dissolutũ iri, variasq; in sectas vltrò breui prorupturã, qđ primaria Cõfessionis Augustanę mẽbra plurima istã nouã anni 80. concordiã noluerũt suscipere, aut approbare, nedũ suis populis docendã pręscribere. Neq; enim approbare eam voluit Augustana respub. à qua, quia à Christo Iesu nõ potest, nomẽ ista pręclara gerit Cõfessio, sicut nec Norinbergen. nec Spiren. nec VVormatien. nec alia Protestantiũ loci haud postremi mẽbra, quę licet iam pridẽ huius Confessionis professione adeò ambitiose gloriẽtur: plurimos tamen ipsorũ Augustanæ Confessionis toties variatæ atq; liquidò adulteratæ iam diu pertæsum est. Sic nec Landtgrauius Hassię, cuius Pater nõ minima eius conficiẽdæ pars fuit, immo ipse cũ Ill. D. Iulio Brunsuuicen. istius concordiæ conciliandæ author haud postremus,

Vide præfat Simonis Pauli D. & Superintẽdentis Rost. To. 2.

mus,nec Ioh. Casimirus Palatinus dux;cuius maiores illi in lucẽ tandẽ extrahẽdæ, ringentibus alijs Euangelij noui socijs, sunt obstetricati haud mediocriter. Illos taceo qui ex professo quorundã ordinũ Augustanæ Confess. nomine contra personatam istã non Lutheranorũ sed Brentianorum Concordiã libros in lucẽ emisere. Quęnam verò dissidij & capitalis isti' inter Protestantes discordiæ fuerint causæ, tametsi nondum vulgo liquet; qui tamẽ istam intuentur Protestantiũ aliquot ordinũ concordiã, iustas dissensionis causas ipsis non defuisse videt; quas an nos acu tetigerimus, aliorum esto iudicium.

Procul dubio autem impijs istis contra inuictas dei Sabaoth phalangas cõmilitonibus tandẽ eueniet quod olim impię ipsorum matri Aegypto varijs adeò Idolis (q̃ nostratiũ Hęreseon fuere prototypa) insano cultu deditissimæ olim iusto dei iudicio accidit. Concurrere faciã (inquit De' apud Esai. 19.c.) Aegyptios aduers' Esa. 19.
Aegyptios, & pugnabit vir cõtra fratrẽ, Ciuitas aduers' Ciuitatẽ. Quã istud absit eis lõgè, perspicuè magis, q̃ nos, vidẽt, q̃ ipsis viciniores agũt. Certe ex subsignatorũ querelis iã nũc orbẽ quiritatu pudẽdo implentibus obscurũ prudẽtibus esse ne-

Concordiam nouam protestantium esse perpetuæ inter ipsos discordiæ seminarium, scribit Dauid Chytræus licèt sua ipsam signarit manu.

queat, ecquid tandem personata ista Cōcordia nobis sit paritura. Dauid Chytręus & si cōcordiæ isti inter Professores Theologiæ Meckelburgen. sua subscripserit, fol. 344. manu, amico cuidam N. tamen scribit, istud nouæ concordiæ opus sese habere pro perpetuæ dissensionis seminario.

Præfat. 2. Tom. Cōcionum Ger. anno 77.

In eandem sententiam & Simon Pauli D. & Superintendens Rostokiensis deplorat concionibus suis anno 77. editis Concordiam & Constantiam vsque ad Lutheri mortem inter Protestantes cōseruatā: sed eandem vna cū eo mortuo in celū simul adijsse; si tamē Christo placet: cuius sponsam contaminauit, stuprauit, violauit, cuius tunicam, vt incōsutilem, ita indiuiduam dilacerauit, discidit, prophanauit.

Hanc aūt discipulorū Lutheri concordiam varijs controuersiarum 7. aut 8. maximè illius Vbiquitatis capitibus demonstrat dictus ille Simon inter ipsos non modò miserrimè dilaniatam; sed omni prorsus pacto irreconciliabilem.

Iudicum 4.

Sane illud prophetidis Debboræ hic locum inueniat, Diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio. Si enim vel suo in errore fuisset vera de

Apo-

Apoſtolico Chriſti Euangelio concor-
dia, non orta eſſet beluina & feralis, atq;
verè funeſta iſthæc, inter ipſos Euangeli *Pſal. 67.*
cos, ſi Chriſto placet, diſcordia: quia tot *Actor. 4.*
illam hodie ſcriptis hoſtiliter oppugnãt.
quod mirum non videbitur ijs, qui eos
à Concordiæ Magiſtro, Chriſti ſpiritu a-
nimaduertunt alienos. Hic enim vnani-
mes, immo vnius cordis & ſpiritus, v-
nius fidei & doctrinæ facit vniuerſos
Chriſti diſcipulos, quemadmodum D.
Lucas iuxta D. Dauidis prophetiam a-
ctis teſtatur Apoſtolicis. Verum diuiſo,
vti noſtra cantillat Prophetiſſa, contra
ſe Ruben, quando infælices illi primoge-
niti, ſiue nobiliores diſsidiorum iſtorũ
authoris proles, impellente diſcordiæ
ſpiritu cõtra ſe diuiduntur, & in funeſta
ſchiſmata ſcinduntur, oritur magnani-
morum, ſpirituque elatiore tumentium
contentio; qua varias in partes diſtrahũ-
tur; ſicut triſti admodum exemplo miſer
rimam per Germaniam noſtram vide-
re eſt.

Nunc enim ſi populos Germaniæ qs *CAP. 3.*
non diſsimulanter conſideret, illud Pro- *Oze. 10.*
phetæ agnoſcet veriſsimuum, vinea frõ- „
doſa, ſine frugiferis propaginibus præcla „
ra Iſrael. fructus adæquatus eſt ei: quæ „
olim

olim plurimos botros Deo attulit; & vuarum fæcunditas ramorum magnitudinem coæquauit. Nulla enim orbis Christiani regio aut templorum magnificentia, aut sacerdotiorum opulentia, aut deniq; monasteriorum regio ædificio cultissimorum frequentia illam superauit.

Sed posteri verę Auorum suorũ pietatis obliti secundum multitudinẽ fructuum suorum sibi noua quisq; multiplicarunt altaria, iuxta vbertatem terræ suę exuberarunt simulachris, siue nouorum dogmatũ Idolis; quę nunc immẽso, vah deheu nos miseros! numero, eoq; in dies magis ac magis vario miserrimã passim occupant Germaniã. hæc autem eo potissimũ nomine est miserior, quod vel ipsi inter se suo de nouo quisque Euangelio ambitiosissimè contẽdentes non vnũ noui erroris altare contra altare studio erigunt sacrilego; sed tot sibi noui isti Amasiæ, Assures, Hananiæ atq; Phassures cũ toto PseudoProphetarũ examine cudũt, quot ad miserũ infelicissimi populi Germanici auribus prurientis & sibi placẽtia audire cupientis exitiũ opinãtur ꝓfutura.

Pseudo Prophetis vet. Testa. nostrates præfigurabantur: quorũ etiam nomina rebus, vocabulis, & facinoribus præferunt.

CAP. 4.

Istud si cuipiam videatur fortassis paradoxum, meminerit non paucos inter eos reperiri magistros mihi notos, qui nõ tan-

tantum carnalibus populi mirum in modũ varijs affectib⁹, immo insanis cupiditatibus suã accommodant doctrinam, si Christo placet, Euãgelicam, Heri Lutheranam, hodie Suuenckfeldianã aut Illyricanã, aut Caluinisticã, Cras Anabaptisticam, postridie Libertinam, siue domus amoris: sed quos suos etiã interrogare, idque pro concione, nõ pudet discipulos, ec quã sibi tandẽ optent tradi Euangelij doctrinã? Lutherine, an Caluini, an potius noui alicuius magis, quod ipsi aiunt, reformati, aut purioris Euãgelistæ aliã: Cęterũ quidnã isti populo bis misero suis cũ infelicissimis sectarũ noxiarũ Magistris impẽdeat periculi, Propheta idem subtexuit, Diuisum est cor eorum, ideo interibunt! Quia doctrinarũ diuersitas sua sese liquidò necat pugna, cũ vna sit dei Religio, & vna Christi fides, sicuti & vnus de⁹, vna Christi Ecclesia. Hoc igitur fiet eis, inquit diuin⁹ Propheta, quia deus ipse cõfringet simulachra eorũ, vti & olim Christo exosorũ Arianorũ & Nestorianorũ, & Monothelitarũ, Acephalorũ, Pelagianorũ & Berengarianorũ; vt infinitas alias obscuri nominis omittamus quisquilias, q̃ sibi suo quisq; male sano de cerebro cõfinxere. Adhęc depopulabitur aras eorũ, quas nouorũ errorũ titulis sibi sacrilega

Oseę 10.

D. Hiero. Cõ. in Prophet.

cre-

erexere audacia: quas singuli suis appel-
Psalm. 48. lant nominibus, vocantes nomina sua su
per terras suas ; vt nequaquam Christi
Ecclesiæ, sed Lutheri, vel Caluini vel O-
siandri, vel Opicij, vel Illirici, vel deni-
que Mennonis, anabaptistæ dicantur.

CAP. 5. Hanc dei promissionem homo verè
Christi domini cultor, qui reuerenter, vt
dei verbo congruit, & certa fide ac debi-
ta intuetur animi vigilantia, is adeò non
potest de tollendis istis atq; semel abolē-
dis Religionis perturbatæ dissidijs despe
rare (quod ignaui quidā suo persuasum
habent animo, molli quidem illi, ac semi
uiri & verè muliebri) vt firmam mente
concipiat in Deum fiduciam, si legitima
vigilantius adhibeatur cura, diligensque
Apocal. 13. nauetur opera, istas Apocalypticas, im-
mo infernales Sathanicæ impietatis ne-
bulas vltrò euaniturás, & suos in fumos,
cito citius abituras. Qui enim noua hęc
nouatę haud ita pridem apud Germanos
Religionis dogmata intus, & in cute pro-
bè satis habet perspecta, videt liquidò ea
plus habere fumi, quàm ignis, plus nuga-
rum, stropharum, sophismatum atque
calumniarum, quam solidorum argumē
torum vel in speciem probabilium, mo-
dò ad indubitatum illum Lydium lapi-
dem

dem dei verbum ab Apostolis & Prophetis initiò Christianis traditum examinentur, candidoq; veri studio accuratius expendantur.

Non desunt tamen quidam sapientiæ suæ carnalis opinione apud homines nō obscuri, variæque scientiæ istius seculi typho haud parum tumidi, qui & sibi, & alijs persuasum cupiunt, nihil admodum magnum contra grassantes hoc seculi Hęreses agendum; nihil moliendum vlterius; nihil amplius pugnandum; quòd nebulę in morem, inquiunt, ad Lucis splendorem vltrò euanescent; quòd sua sese pugna ipsę conficient, quòd denique sua inconstantia & collidente, immo elidente asystatorum natura diu nequeant consistere, nedū florere. Si quidē satis superque in Concilio Tridentino iacere iugulatas. Tales Consiliarios vere Mēphitico AEgyptiorum ludo natos, infaustaque tenebrarum istius seculi schola eruditos vbi mecum recogito, videor mihi ipsorum consilia puerilibus ratiunculis agnoscere non valde dissimilia, quibus quis frugi ac peruigili patrifamilias persuadere conetur non esse euellenda Lolia, non exstirpanda Zizania, steriles non aueruncandas auenas; quòd sua inter CAP. 6.

ter ſe pugna ſeſe mutuò conficiant, & vnum alterum ſua quoque vi obtundat, pondere ſuffocet, aut mole tandem opprimat. Hoc quidem aliquando euenit: ſed niſi certa cum almi tritici iactura, & indubio ſementis bonæ detrimento non leuiter pęnitendo, ne dicam ineuitabili agri vberis interitu, & calamitoſa ſtertentis agricolæ pernicie. Illa quidem infælicia hortorum lolia, aut agrorum *Zizania* ſeſe aliquando enecant: ſed non niſi vbi almum illud oppreſſerint, immo ſuffocarint triticum.

Sic & exſecrandis iſtis accidit nefandarum Hæreſeon Zizanijs. Enecabant ſeſe quidem Arrhiani varia in arrogantium mentium venena diſſecti; ſed Catholicam intereà vexabant, immò opprimebant doctrinam, & Chriſtianam abolebant paſsim per Græciam & Hiſpanias Religionem. Sic & Arrhianiſmum oppreſsit pòſt Neſtorianiſmus per Orientẽ; ſed certo Religionis Chriſtianæ interitu, vt totam per Turciam, & perſidem totã, nunc nunc annis mille perdolenter videmus.

CAP. 7. Singulis iſtis Zizaniorum generibus vt exorientibus fuit initiò ſumma noſtrorum patrum vigilantia per quamſtudio-

diosè occurſum: ita nõ infæliciter contra ea fuit pugnatum; non corporalibus quidem illis armis et ſecularibus: ſed ſpiritualibus & Eccleſiaſticis. Norant enim DD. Apoſtolos ſimili ratione ortis Sathanæ Inuidi æmulatione, hoſtisque implacabilis perſequutione infeſtiſsima in doctrina Chriſtiana diſsidijs à ſpiritu S. doctos ſalutariter occurriſſe. Illorum igitur veſtigijs viri prudentiſſ. ac filij verè religioſi poſteà inſiſtentes ad Synodos Eccleſiaſticas (quæ non minus tuendæ, immò vindicandæ, quàm conſeruandæ Religionis Chriſtianæ indubia, & adeò ſingularia ſunt remedia & tela veriſsima) ſibi confugiendum putarunt: vnde ceu ex cæleſti quodam oraculo, veroq; illo propitiatorio Cherubicis ſpiritib⁹ inſtructo, cæleſtẽ quoq; haurirẽt, ſtatuerẽt, cõfirmarẽt Religionis Chriſtianę veritatẽ. Exorto enim Photino & Paulo Samoſateno doctiſsimis quidẽ illis viris, ſed humana philoſophia prętumidis; licet Imperatores orbis Rom. eſſent adhuc Chriſto aduerſarij: Patres tamẽ Synodo Antiochena infælix illorum lolium eradicarunt. Sic repullulante inter nouitios Chriſtianos Iudaiſmo, Apoſtolorum opera pridem ſepulto, quãta diligentia & Victor Rom.

Actor. 15.

An. 160.

An 240.

& Episcopi Orientales suas coegere Synodos? Motu illo Tragico apud Asiam exorto de rebaptisandis Hæreticis, quáto studio Stephanus Rom. & Cyprianus sua peregere cócilia? ad idem remedium Constantinus Aug. D. Syluestri & piorũ aliorum suggestione in extinguẽdo illo incredibili Arrhianismi, quo penè totus conflagrauit orbis Christianus, incendio sibi confugiendum putauit: sed lege quasi sumtuaria vsus Episcopos toto ferè Christiano euocauit orbe, vno tantum presbytero, vno diacono, & ministro vno instructos ad magnam illam ac verè Euangelicam & Apostolicam Synodũ Nicenam primam, toto amplius triennio duraturam.

Anno 324.

Vide Lit. Cõstantini A. ad suos Præfectos Prætorio de mittendis Episcopis ad Synodũ Nicænam.

Eidem pestilentiæ Arianæ diri in modum contagij vniuersum posteà depascẽti terrarum orbem, simili fuit ratione itum obuiam. Synodis enim plurimis per Orientem, Antiochiæ, Alexandriæ, Tyri, Ierosolymæ; per Occidentem Romæ, atq; per Gallias varijs per meridiem, Toleti, & alibi à Christi gregibus fuit depulsa, suumque in baratrum profligata, vt et per Colonienſem lupus ille Archiepiscopus Eufratas à DD. Seuerino Colonienſ. & Seruatio meo Tongrenſ. fuit cõ ui-

uictus, degradatus, & in Laicorũ vt ordinẽ, ita cõmunionẽ redact⁹. Vbi Sathanas Orientẽ ſuos per Arios, Macedonios, Eunomios, et Eutychetas diuexaſſet, Catholicã cribrare Eccleſiã conatus, in Occidẽtẽ pari furore inflãmatus, ſed callidiore organo Gallicano vſus ſuũ Pelagiũ Britonẽ ſibi exuſcitault, cuius opera ita ſtuduit bonam illam ſementem Chriſtianæ gratiæ, diuiniq; auxilij degenere ſuo lolio inſpergere, vt vel nondũ ſatis, pro dolor! videatur exſtirpatum, Sed qua vigilãtia, Deus bone! iſti fuit occurſum per Synodos nouæ peſtis incendio? per Italiam Romæ à D. Innocentio, per Africam Carthagini, & Mileuitæ, per Paleſtinam Tyri; per Galliam Auraſiaci atque alibi. Cathari per Germaniam cùm Hypocriticę pietatis ſpeciẽ admodũ inualeſcerent, indicta Frãcfordiæ Synodo noſter Carolus magnus eã ita ſtirpitùs eradicauit, vt nihil præter nomẽ hodie apud nos exſtet. Ab ijs.n. etiamnũ Hæreticorũ genus omne *Ketters* appellamus, mutato nõ nihil noſtra dialecto katharos nomine; quo generali in oẽs Germani vtimur erraticorũ in fide hominũ ſpecies. Sicut et hoc ſeculo Itali & Hiſpani vno Lutheranorum nomine innumeras Aquilonariũ

Katharos, Ketters, *cur Germani vocamus omne genus hæreticorum.*

Regionum significant Hæreses, quę passim illic hydræ in modum aut oriuntur, aut grassantur.

Fol. 10. cap. 7. Ante annos circiter trecentos quinquaginta pijs deplorata videbatur nostra Germania temporibus Frederichi II. Aug. cùm pullulantibus hic illic impiæ doctrinæ stolonibus nefaria Hæresis Simoniacorum subinde totum ferè inundans orbem; & contagiosa Concubinariorum scabies totam paſsim Germaniã ceu ærugo quædam ægyptiaca dominicó agro noxia occuparent, Honorius III. misso Episcopo Card. Cœnrado per Cõcilium Germanicum anno 1225. carcinomatibus illis contagiosis, pestibusque noxijs haud infeliciter eã repurgare aggrediebatur. Siquidem Statuto Concilij huius Germanici mãdauit omnibus per Germaniam Archiepiscopis, Episcopis, Archipresbyteris, & Abbatibus, vt decreta studiose obseruarent, ac quotannis apud suos quisque renouaret; quò vigili præsidentium custodia grex dominicus pijs Clericorum exemplis ad verũ Christianæ Religionis cultum reuocaretur. Et quidem cùm maior atque acerbior quædam cœlestis iræ ob dissolutiſsimos tã populi, quam Cleri mores timor pios maio-

maiorum animos inuasisset, & ex indubitatis diuini furoris cum Noordtmannorum, tū Hunnorum, denique & Saracenorū flagellis patriæ dulcißimæ Germaniæ ac Galliæ ruina impendere videretur, habita est anno 935. illa magna & vniuersalis sub Henrico I. Synodus Erffurdiensis, seu, vt in antiquißimo qui apud nos est codice vetus habet inscriptio Erpes-fordiensis; in quo Canones etiam eius Synodi sunt pauci illi quidem, sed arguti, in quibus agitur de non simulata populi Christiani atque Clericorum castigatione. Si quidem Cano. 4. Clericorum mores purgat, & vitæ infamiam studet per Germaniā abolere. Certe in Cōcilio Maguntino anno 888. post atrocißimam Ecclesiæ Germanicæ vastationē habito deplorant pij illi Germaniæ Pastores, tam longo temporum lapsu nec generali, nec prouinciali Synodo conuētum fuisse, vt dignum aliquid & necessarium Ecclesiæ, abusibus tunc Clericorū adeò afflictißimæ mutuis collationū sermonibus conferrent. Rursus anno 895. in Synodo Meldensæ nam illam Ecclesię Germanicæ per crudelißimas Nordtmānorum incursiones perturbationem pij Patres vni huic Synodorum neglectui

Anno 935.
Synodus vniuersalis habita in Germania Erpes-fordię.
Anno 888.
Concilia generalia per Germanium olim habita.
Anno 895.

Concilio Melden. Cano. I. asscribunt. Ideoque ante nostra tempora, inquiunt, pacem Christiani habuerũt, quia sæpius in Christi nomine conueniẽtes iustitiam dei statuerunt. Quærendam ergo in Synodo Christi pietatem docent, qua Pagani arceantur: & statuendam esse legem dei: sic enim misericordiam dei poterimus inuenire, quem nos cognoscimus prauis actibus grauiter offendisse.

CAP. 8. Igitur si & nunc Religionẽ Christianam in Germania, immo si Rempubl. & Rom. Imperium, Sereniss. D. Imperator, cupimus saluum, ad Synodos redeundũ est Ecclesiasticas. Nam saluberrimus iste Synodorum vsus cum ex superioribus liqueat, ecquis sana, obsecro, mente inficiando fuerit grassantibus nunc miseram nostram per Germaniam heresibus salutariter illarum ope simul & opera iri obuiã posse? quod procul dubio sic fiet, si antiquo ritu habeantur, & paucula ritè celebrandarum Synodorũ initiò tollantur impedimẽta, nimirũ si sumtus immodici illi sua cum aulica eliminentur pompa; & iusta serie tandem exsequutionis adsint à Principibus catholicis auxilia. Sumtus nunc temporis Germanicus Imperij in comitijs, aut Principum conuentibus impendi solitus bonorum plurimorum

est

est impedimentum, ne grauissimorum vitiorum dicam irritamentum. Nisi enim lata veluti lege sumtuaria moderatio adhibeatur Canonica, fieri plane necesse vt plurimi ad Synodũ euocãdi Episcopi, Abbates, doctores, & Clerici, aut nõ cõueniant, aut diu persistere nõ valeant.

Qui pompa autem aulica instructos sentiunt venire ad Synodos oportere, ad tuendum vt inquiunt, ordinis ecclesiastici splendorem, nescio quem; ad nuptias, vel Germanica symposia, opinor, eos volunt isti sophi, verique dypnosophistę conuenire; non ad instaurandã Christianæ modestiæ, sobrietatis, & omnis veræ pietatis disciplinam. Qui sane vnicus eis debet esse propositus scop⁹; quem nõ facilius meo quidẽ iudicio, quã frugalis mensæ atq; modestę familiæ exemplo assequãtur. neq; enim dignitatis Ecclesiasticę authoritatem Spiritus sanctus iubet molli, delicato, & sericato ambire vestitu; neque etiam fastuoso famulitio, nedum aut mensæ Regiæ splendore: sed fide ait Cano 15. Cathagien. Conc. 4 & vitę meritis Episcopi eam quærãt. Esset igitur cauendum ne quis Ecclesiasticorũ illic ministros supra sex, aut summũ, octo alat; q verò vitam profitentur monasticam, ne

ſupra tres aut quatuor. Canonica enim hac animi Chriſtiani humilitate ac modeſtia Euangelica rem deo gratam exorſis diuinus procul dubio aderit ſpiritus; qui ſanandę, atque ad Catholicam illius fideĩ Chriſtianæ vnitatem reducendæ Germaniæ ſalubria de priſcis illis Patrum noſtrorũ Canonibus nõ poterit & nunc vti olim ſepius, non ſuggerere conſilia, & remedia præſcribere nobis verè ſalutaria.

CAP. 9. Sic enim per Germaniam olim ſuas tẽpore Caroli magni, Ludevvici pij, & aliorum deo dilectiſſ. Auguſtorum, adhibito triduano ieiunio, & nudipedalibus, aſsiduisque precibus pij maiores noſtri fæliciter exordiebãtur Synodos: quibus & Idololatria fuit per Germanias paſsim funditus ſublata; & repullulantes haud infrequenter Hæreſes ſtirpitus euulſæ: Quantum humanæ laudis ad immortalitatem, & diuinæ mercedis ad beatitudinẽ illi Auguſti (vt exteros nunc ſilentio trãſeam) hac vna ex re ſint conſequuti, Sereniſsimæ V. Maieſtati notius eſt, quàm vt vel vno verbulo ſit commemorandum.

Proinde huius laudatiſsimæ rei exẽplo tanquã calcaribus inſtigatus, illis maiorum

jorũ tuorũ veſtigijs inſiſte Imperator, ac per eadem remedia Germaniæ tuæ ſuccurre, vt quæ tot ac tam miſeris eſt humanæ doctrinę ſectis crudeliter diſſecta, diriter dilaniata, atrociter diuulſa, immaniter funeſtis quorundam dentibus excarnificata, tandem almæ ſuæ reſtituatur concordię, quam nobis Chriſtus D. hinc ad patrem noſtrum cæleſtem rediturus, eſt imprecatus, immò largitus, pacem, inquit relinquo vobis, pacem meam do vobis. hanc qui aut ſaluam contra infeſtos Concordiæ Chriſtianæ oſores conſeruare; aut ab improbis & temerarijs ſacrilegè violatam inſtaurare; aut denique impiorum ſcelere flagitioſiſsimo exſulantē quaſi poſtliminio ſtudent reuocare, illa procul dubio digni habebuntur beatitudine quā doctrina nobis pollicetur Euangelica; Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. Huius verò beatæ mercedis ſpe quantum laborarint in cogendis Epiſcoporum ſynodis B. memoriæ Patruus Carolus V. AVG. Auus Ferdinandus. Auguſt. & Sigiſmundus A. magnus auus, (vt nunc ſilentio tegam Conſtantinum, Theodoſium, Marcianũ, Leonem, Carolum, Ludeuuicum & alios pios Eccleſiaſticæ concordiæ patronos) lon-

gum foret hic commemorare.

CAP. 10. Eorum æmulatione, sed præpostera, nuper instigati principes quidam Protestantium Confessionis Augustanę nomine infæliciter gloriantes (ꝙ Christi fides esse nequit, quæ nō à Christo, sed à loco, aut homine nomen gerit) cum perspicuè viderent non posse nouam suæ semichristianæ Confessionis Augustanæ doctrinā diutius stare saluam; nisi aliqua Cócordiæ inter coniuratos eiusdem Confessionis socios, qui varijs sese ipsi & pugnantibus inter se de Christi Do. fide opinionibus conficerent, ratio quædā imaginaria saltē syncretismi specie iniretur. quid tādē effecerint, annus superior 80. declarauit: qui nobile illud, præclaræ istius Cōcordiæ Protestantiū aliquot Germanorū nobis opus peperit. Hoc autē quale sit habendū, et an suo respōdeat nomini, inferius declarabitur aptius. Istorū exemplo ꝗ nón excitatur modo ad similē inter Catholicos aliquā conficiendā concordiā, equidē ambigo an Christiani viri nomine dignus censeatur. Concordiā autē dico non doctrinę, ꝗ vt verissimā & à maioribus quasi per manus traditam constāter retinemus Catholici, ita de illa ipsa ex amussi illa euāgelica inter nos probe & ꝗ opti-

optime cõuenit: Sed quã dico, & instaurari desidero, Canonica est in vita & moribus cõcordia seu harmonia verius, vt Ecclesiastici cũ primis secundũ suã quisq; cõgruenter viuãt regulã, quã aut Clericus suã aditurus prębendã Canonicã est pollicitus; aut monachus Regularẽ suã suscipiens vitã est sacro-sanctè professus. A quo vitę genere, heu dolor! eheu pudor! quantopere ad vnũ ferè omnes degenerauerimus, quis Ieremias idoneis lugeat gemitibus, & suspiriosis defleat lachrimis? Verũ his, sicuti nec pijs votis, quia non proficitur satis, (sua licet illis apud deũ merces salua maneat) manus tandẽ admouenda est operi, à quo si cessent diutius, quibus hoc pręcipuè incũbit diuino iussu officij, equidẽ non video quanã ratione pijs persuadeant sese Christum deum timere iudicẽ seueriter adeò sua quenq; pro functione ad illam sui vt solemnis, ita horribilis iuramenti formulam dijudicaturũ.

Ea verò qualis hoc tempore sit, equidem per istos Belgicos tumultus nondum satis cognoscere potui. Exstat apud Trithemium bonum & fidelem, licèt recentiorem scriptorem formula, quam Aquis-Grani siue ad Palatium Aquis Ardenæ; vti olim loquebatur *Vide Chronicõ Ab. Trithe.*

vetu-

vetuſtas, præſtare ſolent Rom. Imperatores.

Vetus Cæſarei iuramenti formula pro Eccleſiæ auxilio contra omnes Chriſti hoſtes tam Clericos, quã Barbaros.

Accipe hunc gladium, (ait inter alia Archiepiſcopus conſecrans,) in quo deijcias omnes Chriſti aduerſarios, Barbaros, & malos Chriſtianos, tibi authoritate diuina traditum. Huius ſui iuramenti excellenter memor Arn-hulphus pius Imperator ſuã operam Romanis Epiſcopis in Concilio Triburienſi perbenignè admodum ad exſtirpandam Hæreſeos radicem, ad tollendam ſchiſmatis occaſionem, ad corrigenda Clericorum vitia obtulit. Quos his verbis ille heros verè Chriſtianus & pro ſui nominis etymo Arn-hulphus fido quaſi Aquilæ auxilio pheronymus legitur affatus. O Paſtores Eccleſiarum, inquit, clariſsima lumina mundi, agite quæ vobis impoſita eſt, curam paſtoralem, vt vigili cura, & admonitione ſedula oues Chriſti ad caulas æternæ vitæ introducere mereamini. habetis me omnibus Eccleſiæ Chriſti aduerſantibus & veſtro ſacerdotali miniſterio renitentibus, oppoſitiſsimum bellatorẽ. Quonam autem victoriarum contra Noordtmannos ſucceſſu hic pius Rex & alij A A. iſtud iuramentum ſint legitimè varijs in affliċtiſsimæ Chriſti Eccleſię tẽpeſta-

Arn-hulphus fidum quaſi aquilæ auxilium.

þestatibus, & calamitosis tetrici sui exsilij quasi Epitasibus, ne dicam lethalibus propè paroxismis exsequuti, Ecclesiasticę loquuntur Historiæ, Serenissimę V. Cæsareæ Maiest. quod audio gaudens, nó ignotæ.

At dicent quidam, aliorum istud potius esse qui primas gubernandæ christi Ecclesię tenent partes. Equidem non inficior, sed illis alia curantibus (de quibus hic non est dicendum, aut quiritandum, Domino enim suo stant, aut cadunt) videndum est pijs Principibus quidná suo pro munere, ne dicam iuramento sacrosancto & ipsi conseruandæ Do. Christi Iesu debeant Ecclesiæ. Si pijs Damasis, aut Zelosis Leonibus digna esset nostra degener ætas, non in dies modò facta vitiosior, sed salubrium remediorum etiá contemtrix proteruior, & aspernatrix præfractior, alias adhiberent nostris deploratis propemodum rebus vtilium fomentorum & Canonicorum pharmacorum doses & catapotia verè salutaria: Verum nunc, eheu dolor! languentibus ijs, quorum erat ista vltrò procurare, atque apud alios incunctanter, indefessè, adeoque indefinenter vrgere, ad reliqua confugiendum pijs videtur remedia; quæ D.

Deus olim collapsis fessisque rebus erigẽdis, atq; pristinũ in statũ salutariter instaudis adhibere fuit dignatus. Dormientib⁹ olim, cessantibus, aut rem potius suã, quã Christi satagentibus, nauiculę Christi varijs Hęreseon turbinibus iactatæ, atq; horrendis abusuũ fluctibus tantũ nõ oppressæ gubernatoribus, pij Principes & sua putantes interesse, ne Respubl. quid detrimẽti caperet, suo nõ defuere officio Christiano, Clericos suo regno subditos ad suas quemq; functiones Canonicas reuocãtes, aut verius, si quis malit, exstimulãtes. Quid olim, pij apud priscã Ecclesiã fecerint Reges, nolo nũc diffusius persequi: Nota est D. Iosaphat, Ezec. Iosię atq; Machabæorũ pia prudentia simul & religiosa tuendæ, immo vindicandæ Reipubl. diuiniq́; cultus industria. Magis oculos libet nũc ad proauos vestros, Serenissime D. Imperator, conuertere, illorumque pia, vereque Christiana exempla imitanda, immo seriò ac sedulò æmulanda proponere.

Carolus ille Magnus super Ecclesiarum statu & Cleri reformatione Synodos plus minus 10. aut 12. suam per Galliam iussit cogi. Pius eius filius Ludevvicus pijs sui Patris insistens vestigijs no-

noſtram per Germaniam ſimul & Galliam Synodos, vt diligentiores quidam numerant, fere totidem ſuis iuſsit ab Epiſcopis & Abbatibus celebrari: quarum decreta forent à Ro. Pontifice probanda & confirmanda.

Si hoc ſibi faciendum putarunt illi eximia in Chriſti Religionē pietate Principes, cùm res eſſet loco longè meliori, & interneciua Hæreſeon graſſantium pericula indubiam nondum minarētur tam Reipubl. quam Religioni ruinam; Ecquid hoc miſerrimo Germaniarum ſtatu, obſecro, faciendum pij cenſeant Principes, quādo eius capitibus quodā veluti ſtupore illo Prophetico, aut paralyſi aut potius Appolexia ſpirituali laborātibus, immo veluti (modò liceat dicere qđ ſuadet totius corporis conſeruandi, aut ſanādi bona valetudo) hectica febri languentibus, alia non videtur ſupereſſe ſanandi ratio? aut aliud in promptu eſſe medicamentum? quo ſonticis Eccleſiaſtici corporis, potiſsimum Clericorum & Monachorum morbis ſuccurratur.

Eſa. 19. Zach. 13. Eſa. 42. Vide doctiſſ. Epiſcopum et Cardi. Iac. à vitriaco ſuper Euangel. Ego ſum paſtor bonus.

CAP. 12.

Quid, obſecro, aliud remedij verè ſalutaris nobis ſupeſt ſaluū, ꝙ qđ pios, veroſq; dei cultores Principes religioſos videmꝰ & olim, & noui populi Dei tēporibus

fæliciter fecisse? nimirum vt suis non desint partibus, quas eis deus suo in regno (quod Catholica est Christi Ecclesia) gerendas imposuit.

Esa. 49. An non sunt Ecclesiæ patroni, aduocati, & Nutricij? an non piarum fundationum conseruatores? an non paternarum opum in monasteria, & Clericorum Collegia elargitarum vt colatur Deus, & miser Christi grex alatur, vindices? an non denique SS. Canonum, immò vniuersalium Conciliorum exsequutores? neque istud solum est (vti adulatores quidam garriunt improbè, vt sua interim palpent vitia, suosque pijs intolerabiles vlterius foueant abusus) de corrigendis, puniendis atque comprimendis Hæreticis intelligendum: sed de omni Ecclesiastica disciplina tuenda; quando ea ab ijs, quorũ erant primæ partes, aut irreligiose, atque persegniter negligitur; aut incuriose, nedum alijs damnose geritur; aut contra illos manifesta cum Reipubl. iniuria, siue certa populi Dei pernicie peccatur. Nisi enim perditissimis quorundam morib^9, & inhulceratis consuetudinibus, immò exsecrandæ praxi, quam isti vocant, qua in Ecclesias, si non Anarchia, certè Ataxia inuehitur, immò pestiliter fouetur, ob-

obuiam tandẽ eatur, quid aliud toti corpori Ecclesiæ Christianæ foret nobis expectãdum, aut verius metuendum, quã vt arbor isthæc int⁹ carie, putredine, vermiculatione, alijsq́; sonticis vitijs absumta semel corruat, q̃ corruptis adeò stare nesciens radicib⁹, alios sua ruina certò sit oppressura? Diu enim, teste. D. Chrysostomo, Ecclesia stare nequit, vbi Clericorum mores & vita tanquam arboris Ecclesiasticæ radices & substantia sunt à recto & iustitia deformati, S S. Canonibus aduersarij, legibus inimici, & tantum nõ toti vitiosi. Hoc igitur casu; qui in nostra (si vnquam alias) per miseram Germaniam infælicissima incidit tẽpora, pijs quidnam faciendum Principibus? Zelosis dei amatoribus quidnam agendum? An aliud, obsecro, quam Dei spiritus Dauidis ore clamat, Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram! apprehendite disciplinam! Seruite Dom. in timore! ne quando irascatur domin⁹; tam alijs Dei leges violantibus, quam vobis, eis aut fauẽtibus, aut colludentibus, aut dissimulantibus, malaque publ. coniuendo alentibus, aut non castigantib⁹; & pereatis de via iusta. Cæleſtis hæc eruditio & disciplina dei spiritu Regibus

commendata non aliud est, quam fidei Euangelicæ cognitio, conseruatio, & defensio. Regū enim est non de fidei Catholicæ quęst. tractare, aut disputare, nedum definire: Sed eam à Christi Apostolis eorumq́; successorib⁹ traditā pia humiliq́; mente suscipere ac summa reuerētia excolere. Purpura enim & corona nō sacerdotem, sed Regē facit, aut Principē. Deinde vbi fideliter susceperit, sua diligētia, studio & vigilantia eandē contra omnes Religionis hostes sedulò tueri, heroica virtute atque Dei Zelo defendere, proinde in posteros propagare.

CAP. 13. De vno illo genere hostium Christi, puta hæreticis nulla est controuersia. vnde D. August. contra Donatistas calūniatores demonstrat Reges suo ex officio debere armis, legibus, & pęnis eorū contumacē pertinaciam reprimere, contundere, castigare ad exemplū Constantini: qui Arij venenatā scripta Thaliam & similes illius impij nugas capitali vetuit supplicio. Theodosius & Gratian⁹ Manichæorū dogmata simili pæna sunt persequuti. Hoc magis ex heroiorū illorum Machabęorū liquet Historia, qui electis aliquot sine macula (siue ἀμώμυς θελητὰς νόμυ) sacerdotibus voluntatem in lege dei haben-

Vide histor. Ec. Socratis & LL. Cæsar.
1. Mach. 2. 3. & 4.

bentibus, emundarunt Sanctuariũ illud priscum, Deus bone quãto studio! quãto diuinæ legis amore! quãto deniq; diuini cultus zelo verè Prophetico! deinde aris Idolorũ destructis, persequuti sunt & filios superbiæ perscrutantes iniquos (siue ἀνόμους, legis desertores) & qui conturbabant populum Dei, illos ex Iudæis exleges & Apostatas, atque mortalium deorũ cultores) igne succendit.

Verum de altero illo hostium Christi genere, quod pius ille Bernhardus toties lachrimabundus ingeminat, qui intra Ecclesiã non tam ipsius sunt Paranymphi & sponsi (quod vel in primis videri volunt) quã raptores, violatores, stupratores, non nulla videtur quibusdã dubitatio, an & eorũ castigatio, dormientibus ipsorũ superioribus, nulla ad pios Reges pertineat cura? Sed ferendũ esse illis licere, quod sua cuique pro libidine allibitũ fuerit. Curam aliquam fortè quidam frõtis suæ nõ obliti Principib⁹ pijs cõcedent, nimirũ vt cõquerantur, supplicẽt, satagãt pro auxilio & remedio apud illos, q suo ꝓ gradu Canonicã debẽt adferre curationẽ. Equidẽ istud nõ iuero inficias; immò ante omnia, esse hac tentandum via, an aliquid fortaßis tandem impetrari queat

An Christiani flos habendi, quorum vita nomen Dei blasphematur, & Christus flagellatur teste D. Augustino.

efficacioris ſolito medicationis. Quid e-nim pro ſananda, & ad vnitatem fidei, ac morum reformationem reuocanda Germania ſit à pijs non paucis actum, quantum laboratum fruſtrà, ſine graui gemitu, ſuſpirijſq; lachrimoſis, pij vbiquè omnes recordari non poſſunt.

Sed hac de quæſtione modò agitur, an illis diutius auxilia blandis quidem verbis, & ſumma bellæ orationis beneuolẽtia promittentibus, Reſpub. interim vnà cum Religione Catholica in dies magis labefactetur, & periculum ſit ne longiore mora morbi ſeneſcentis noſtræ in horas Reipubl. tandem fiant ſontici, an peccarit Rex pius Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniarum, ſi auxilio ſibi diuinitus oſtenſo, puta Synodis Prouincialibus ſuo ſuccurrat regno? cuius ſalus cum primis in fidei Catholicæ conſiſtit vnitate; quæ graſſantibus atrociter adeò Hæreſibus, & non repurgatis Clericorum in dies magis ſordeſcentium abuſibus intolerandis, certã minatur ruinam?

CAP. 14. Certè Carolus magnus aliam non eſt ſequutus rationem ſuæ Galliæ ſanandæ, atque ad priſtinam & Canonicam veri Chriſtianiſmi vitam reuocandæ. Eiſdem veſtigijs inſiſtens filius Ludevvycus pius pluri-

plurimas per Germaniam simul & Galliam celebrandas, vti ostensum est, iussit Synodos: quarum exsequutores fecit suos Aulicos Commissarios, literis Christiano Principe dignissimis instructos: quorum penes nos exemplar est nondũ in lucem editum. Sic enim Cano. 9. Concilij Mileuitani ab Ecclesia confirmati statutum legitur. Placuit vt non sit vltra, inquit Canon, fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est totius Aphricæ, vndecunque ad hanc sedem pro concilio datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum in ea prouincia, vbi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ communes non sunt, in suis prouincijs indicentur. Hunc in modum Græciam mutuis amentiũ Hæreticorũ bellis tumultuantẽ pius Theodosius varijs per Hellespontũ & Cappadociã synodis tranquillant. Vnde & Nazianz. epist. 55. & 76. *Anno 380.* sese Procopio et Olympio præfecto excusat cur ab ipso Theodosio A. euocatus ad Synodum senio impeditus, grauissimisq; morbis afflictus non excurreret.

Eadem ratione pia Irene Augustà cũ filio Cõstantino Græciam nouo Iconoclastarum incendio ardentem secundo *An. 740.*

Niceno Concilio ſtuduit extinguere. Sui enim ſedulò memores officij cœlitus ipſis impoſiti Gladium Cęſareum ſeſe non ad officium, non ad pompam, non ad tyrannidem à Deo accepiſſe norant: ſed vti eſt in Iuramento Cæſareo Aquis Grani præſtari ſolito, vt eo deijcerent omnes Chriſti aduerſarios tam Barbaros, quàm malos Chriſtianos. Indubitatum autem eſt Chriſtum dominum & blaſphemis Hæreticorum erroribus, & malis Clericorum moribus, nedum grauiſſimis ipſorum ſcandalis tenellum gregem perniciosè offendentibus flagellari, vti cum Diuo Auguſtino pij vbique omnes & nunc pro dolor! ſatis deplorare non poſſint.

Flagellant Chriſtum mali Laici: ſed præcipuè mali Canonici & Monachi. Vide. Aug. hom. 2.

Habes igitur Sereniſſime Imperator certiſſimam à vitijs Cleri curandæ; atque ad fidei vnitatem ab hæreſibus reuocādę Germaniæ tuæ rationem: quam procul dubio Sereniſſ. V. Maieſtas ſimili experietur euentu, Chriſto fauente, quem illi olim pij maiores ſimili in Reip. atq; catholicæ Religionis ſontica experti ſunt calamitate.

CAP. 15.

At obſtrepere quoſdam mihi audire videor plus iuſto meticuloſos, differendam eſſe Germaniæ Synodum, differendam

dam omnino synodum: quòd Episcoporum eius quidam habentur aut malæ fidei, aut vitæ sunt minus probatæ, aut SS. Canonibus, immo dei legibus minus cósentaneæ. Præposteris istis criticis grauissimi huius erroris causa est ignota Synodorum Canonicarum vis longè omnium saluberrima. Quidnam olim Ecclesiam Coloniensem anno 370 illo Blasphemo Euphrata venenis Arij imbuto liberauit? Synodus D D. Seuerini Coloniens., & Seruatij nostri Tongren. cum collegis: quę ipsum Cleri ordine motum in ordinem redegit Laicorum & Communionis Laicæ pœna damnauit. Quid Episcopos illos Bauaros & Saxonicos venatores, milites raptores, stupratores, homicidas ad frugem olim temporibus Pipini, & Carlomanni reuocauit? Synodus D. Bonifacij Moguntini suis cum collegis. Plura possem huc exempla cumulare; sed paucula hæc illustriora probis, & non morosis, aut refractarijs sunt instar millium. Morosulos verò istos non moramur, qui sacrosanctas synodos suis norunt, ideoque oderunt, aduersari cupiditatibus, tantum non Simoniacis, aut libidinibus pigri sui ventris; quem

plerisque Deum esse, ipsorum loquuntur vitæ, mores, colloquia. Qui enim hisce non laborāt vitijs, ecquid obsecro sibi à Synodorum saluberrima metuāt reformatione?

Sed isti præbendis plurimarum, heu dolor! Ecclesiarum tantum non ad inferos vsque onusti, immò Pharisæorū more incrassati, impinguati, dilatati, ac cælibis vitæ infeliciter passim pertæsi, verentur ne deprehensis suarum Bullarum (quibus contra Canones tot deuorant immò excoriant Ecclesias) fraudibus, q̄bus Rom. imponunt Pontifici, aut Bullarijs potius egregijs illis artificibus, licèt oculatissimis, ad vnum illorum cogātur abire locum, suum facturi officium, propter quod institutum est beneficium.

Vide doctiss. Episcopū & Cardin. D. Iacobum à Vitriaco homil. super Ego sum pastor bonus, de istis mercenarijs & furibus.

Donec isti fuci, ignauum pecus, qui ferè præter habitum, idque dum in Ecclesiam obiter discursitant, et pileum, vix pilum vnum Clerici habent, (cùm nec horas Cano. legāt, nec officium faciant Ecclesiasticum) tolerantur impunè, atque sine labore dulcissimum illud apicularū Christi mel sinuntur deuorare, potissimum locis tam varijs, & adeò multis, nūquam erit bene Catholicæ Matri nostræ Christi Ecclesiæ.

Tales

Tales in Ecclesia Christi nō quę Christi sunt, sed sua quærentes, sanctissimis piorum votis obstrepunt; atque ad vocē Concilij Tridentini exequendi tantum non expallęscunt exanimes; haud aliter atque ad prætoris vocem latro; aút timidus fur suo in αὐτοφώρῳ deprehensus.

Latratu istorum igitur hic contemto (quia vbi oportet latrare, verè sunt, q̃d ore sui Prophetæ ipsis exprobrat deus, canes muti) videamus obiter quántum aduersarij pro sua noua superstitione stabilienda (si fieri Deo irato & inuito queat) laborarint. Non hic ea commemorabimus omnia, quæ isti Euangelici per Galliam, Angliam, Scotiam, Belgium, et alibi suis funestis conuentibus sunt moliti (Iliade namque maius nasceretur opus) sed ea modò, quæ Protestantes per Germaniam conati sunt ad aliquam concordiæ speciem (si fieri posset) orbi exhibendam; vt inde pijs liqueat, quàm durum ijs erit in die domini iudicium, qui vel istorum exemplo non exstimulantur ad omnem inueniendam rationem qua nostrorum Maiorum auita, eademque Apostolica & Catholica Religio per Germanias restituatur, reformetur, instauretur. Orto infælici hoc per Lutherū CAP. 16.

Religionis diſsidio, mox eius author diſcordiæ Magiſter Sathanas varios in ſchola Vvittenbergenſi, & alibi excitauit magiſtros: q; eodẽ diſſenſionis ſpiritu raptati variantia à Luthero ſererent dogmata. Lãdtgrauius Heſsiæ igitur liquidò agnoſcens nouũ ſuũ Euangeliũ, quod infælix ad palliandã non Euangelicam ſui prioris Matrimonij quaſi ſolutionẽ ſectabatur, non poſſe dei eſſe Euangeliũ, de quo præclari Saxonici illi Euangeliſtæ Lutherus Monachus, Carolſtadius Archidiaconus, Brentius ſacerdos & præpoſitus, Zuuinglius, Cãpanus, Storkius, Iſtebius, & alij haud infimi in nouo Euãgelio nominis, tam irreconciliabiliter diſſentirent. Tentatis igitur varijs conciliandi rationi-
4. *Anno* 29. bus, tandẽ anno 29. Marpurgen. conuocauit ſynodulũ, vbi cum de formula Confeſsionis Auguſtanę cõcipiẽda laborabatur, varia fuere cõtrouerſiarũ diſputata capita, de peccato origin. de S. Euchariſtia, de baptiſmo, alijsq; ſimilibus. Verũ ille diſſenſionis artifex ita ſuos confirmauit in ſuo quemque dogmate nouo magiſtros, vt nulla ſupereſſet conciliandi ſpes, immo ita fuit nouella illa Lutheranę doctrinę formula Carolo V. A. breui pòſt Aug. proponẽda, à Cãpano, alijsq; exagitata,

tata, vt oblatā ab eo publ. illius oppugnationē Philippus Melanc. & alij semitheologi subire non auderent. Augustā igitur vbi cōuenissent isti Euangelici, varijs tentatū fuit modis, vt vna omniū nomine Cōfessio conciperetur. quod ipsum etiā frustrà. Nā Ciuitates 4. Svveuicę suā contra Lutheranos exhibuerūt Confessionē, & Sacramētariorū pseudo Apostolus Vlrichus Zvvinglius suā quoq; in lucē abortiuit; qua sese ipsissimum crepitat sonare Christi Euangelium. Ex ista Confessionū Euangelicarū (vt singuli iactitantes sibi arrogabant) discordia, cū ipsorū cordatiores, immò fraudulentiores Bucer', & alij pudore afficerētur, quòd aliud Euangeliū doceretur Vvittenbergæ à Luthero & Melanchthone; aliud Tiguri, aliud Argētinæ, aliud à Brentio & Svveuicarū Ciuitatū Cōcionatorib'; deniq; aliud alibi, conabantur aliquā conciliandi fratres inuenire rationē: sed quā parū profecerint, res posteà declarauit, editis contra se mutuò plusquā hostiliter, scriptis mordacissimis: quibus vnus alteri, immo singuli omnibus verum abrogare contendebant Euangelium. 2. An. 30. Lib. cui titul' Subsidium. 3. An. 32.

Nō tamen nihil effecit Bucerus Vvittenbergæ. nam ex repetito eius cōgressu 4. An. 35.

(vt

4. Anno 35. (vt erat vaferrimo ac iuxtà verſipelli ingenio) fœdam vidit orbis ſequutam Cõfeſsionis Auguſtanæ articulo 10. mutationem, immo veram deprauationem de SS. Euchariſtia: quæ iam tunc ex illo conuentu cępit Caluiniturire, licèt Caluinus nondum ex ſuo redijſſet exilio, in quod Gallicanis à Carnifice ornatus humeros lilijs ob nefaria flagitia fuerat ſuo ab Epiſcopo Nouiodun. poſt omnium beneficiorum priuationem proſcriptus. Verum nec iſta tũc per Bucerum inchoata Euangelicorum fratrum concordia prudentibus ſatis eſſe potuit; cùm perſonatam tantum atque verbalem, quod aiunt, quandam fucatæ orationis haberet concordiam. Bucerus igitur ſuo pro nomine (quod Germanis felem, fraudulentum animal ſonat) doloſus, ſolersque fallendi artifex Vvittenbergam ſeſe recipit. Vbi cum Luthero pulchræ prolis tunc patre patrato colloquutus, & ipſe laſciuus laſciuæ copulatus Sanctimoniali (ne apoſtaſiam, inquit D. Alb. Pighio hac de re in comitijs Ratiſpon. percontãti exprobraret Monacha monacho) multò plura impetrauit quàm antea; quę pleniorem ſonarent atq; viuidius quaſi ſpirarent imperitis meram Euangelicorum fra-

Quãdo Cõfeſsio Auguſtana cæperit Caluiniturire.

fratrum in vna quasi doctrina concordiam.

Anno enim 38. cùm Sinonicis Buceri, & similium veteratorum dolis prima Cõfessio Augustana iam esset mutata, ex illa, vti diximus, recognita, immò si verũ dicere licet, in Caluinismum deprauata, cõcordiam init Lutherus cum Heluetícis & Sueuicis Ecclesijs. 4. An. 36. Concordia Lutheri cùm Helueticis Eccle.

Deinde anno 40. & 42. iterum recognita, & aucta multis articulorum declarationibus manifestisque detorsionibus, Vvormatiæ atq; Ratisponæ communi sociorum consensu fuit Catholicis opposita. 5. An. 40. 6. An. 43.

Anno 51. Saxonica Confessio à Lipsensibus, alijsque magno studio fuit confecta, & ab Augustana non parum dissentiens, vt Cõcilio Tridentino aliquando opponeretur. 7. An. 51.

Anno 58. iterum emendata, & penè recocta Confessio Augustana, corporique doctrinæ inserta: quam Principes Electores Francoforti vno consensu probarunt. 8. An 58.

Anno 61. in conuentu Naumburgen. communi scripto principum ad Ferdinãdum A. approbatæ sunt omnes Confessionis editiones prius oblatæ Imperatori Ca- 9. An. 61.

ri Carolo & aduersarijs.

Consiliarij aliquot Caluinistæ Augustanam Confess. mangonizant Naumbergi anno 1560.

Vbi & præclara illa recoctá, immò mangonizata fuit Confessio Augustana doctoribus aliquot Caluinistis eo in conuentu Theologorum politicorum primas tenentibus. qui eam ita in detestandam Caluinisticam doctrinā detorserūt, vt non paucis articulis liqueat modò esse Sacramentariā, vti de numero Sacramentorū, quę tantū duo faciunt cōtra Cōfessionē verā Augustanā, eiusq; Apologiā primā, de SS. Imaginibus, quòd idola sunt; cùm tamē Saxones & Vuittenbergici colant Imagines, de signo S. Crucis in fronte pingendo in baptismo: & aliàs, vti Saxones adhuc obtinēt, alijsq; nō paucis, alibi confutatis. Quāti fuerit hęc res pretij, quāti sumtus, quā deniq; laboris infiniti, facilè videt, qui bellè adeò reconcinnatam Naumburgi illam Confessionem Augustanam percurrerit.

Vide apologeticum Lindani pro Concordia fidei ad Germanos.

10. An. 80.

Sed omnia hæc nihil ad labores, sumtus, vigilias & dura per Saxoniam, Vvestphaliam, Marchiam, Pomeraniam, Daniam & 33. Ciuitates Imperiales itinera: quibus pręclarum opus istud concordię nouæ anno 80. initæ fuit annis plus minus sex, aut octo consarcinatum, centonumque sibi & litio, & stamine, materia, & for

ma,

ma, colore, adeoq; substantia pugnantium conditum. Tantę molis erat Lutheranā condere, immò in speciem aliquā conciliare gentem! An non hac in tabella pius lector veritatis studiosus videat aduersarios more suorum maiorū Pharisæorū circuire mare & aridam vt faciant vnū Proselytum? Quid ergo nostri deo iudici illa die respódebunt, qui suæ obliti stationis atq; custodiæ speculatoris, ne istorū quidē exéplo, eoq; nostrā in perniciem structo ac elaborato, vllum diligentis atq; vigilantis, nedum frugi & solertis serui officium custodiendo, congregando, pascendo, conseruando Christiano gregi impendere dignantur? Matth. 23. Abacuk. 3. Sophon. 8. apud 70.

Quid enim à plerisq; toto hoc æuo per annos plus minus totos sexaginta est laboratū, nedū præstitū egregiè pro isthoc extinguēdo schismate Germanijs ineuitabiliter exitiali? quid pro sopienda Religionis discordia Germanijs certò perniciosa factū præclarè? Cū ad indictū Concilium sanādæ Germaniæ, tollendæq; funditus isti Religionis discordiæ fuissent euócati, q vltrò, si suorū, imò suæ ipsorū salutis vel leuiter tenerētur desiderio, debebant accurrere, ac medicinā ęgris suis fratribus, immò dilectissimis in Christo (vt verbis CAP. 17.

qui-

quidem dicunt) filijs quærere, postulare, conficere, adeò non accurrerunt, vt remoras nescio quas, potius conati fuerint rebus salutariter cōficiendis inijcere, currentique rotæ sua quasi innectere suffragia. Quo enim stupore pia posteritas mirabitur celeberimo illi Concilio Tridentino Episcopis plus minus trecentis ornatissimo nullum Germaniæ primę (cui potissimum sudauit) vnò Coloniensi (ante fraudulentissimam interruptionē Mauritij Saxonis artibus iniectam) excepto, interfuisse; aut suos saltem Legatos destinasse? nominatim euocarat Pius V. nominatim euocarat Ferdinādus Augustus: sed tanta fuit eis prudentia, tanta regni illius cælestis cura, vt & suam, & suorum salutem æternam salutaribus illorum posthaberent monitis.

Deinde Concilio absoluto, atque Romæ ritu & solemni, & prisco legitimè approbato & confirmato, quidnam post Edictum exsequutionis factum? quid operi mandatum? quæ Synodi prouinciales? quæ diœcesanæ suum sunt consequutę effectum? fuerunt quidem aliquot habitæ: sed quo pietatis fructu, quo exoptatæ adeò reformationis emolumento; quo denique Canonicæ, ac desideratæ castiga-

ga-

gationis exemplo? totus, heu dolor! videt, immo ridet ac luget mundus. Proinde quænam spes, obsecro, exsequendi Cõcilij Trid. quod Deus opt. sanandæ Germaniæ, immo toti mundo alterum quasi trophæum erigere instar magni illius Nicæni, est dignatus, affulgere queat, quum eius Episcopi & à Rom. Pontifice paternis literis euocati, & à Rom. Imperatore per Legatum inuitati in eo comparere noluere? ecquid ergo remedij, inquias? an cessandum censeas Imperatori, illis gubernatoribus altum stertentibus, vt vna cum nauigio penè naufrago vectores vniuersi pereamus?

Certe in naufragij periculo nullus suæ saluti defuerit: sed nauclero aut ignauia, aut somno, aut vino, aut delitijs sepulto, vnus clauum, alius remum, alius scalmũ; aut ancorã, alius rudentes, aut antennas arripit; vt communi vectorum opera certum interitus horrendi euadamus periculum. Sic in hoc Germaniæ naufragio sanè præsentissimo (nisi tempestiuè V. Maiestas occurrat) aliud equidem post plurimas, easque longas meditationes, & cum viris eximiè pijs collationem non arbitror nunc superesse remedium certius simul & salutarius. quam vt à Ro- CAP. II.

mano Pontifice quam primum omnemque citra cunctationẽ aliquis petatur legatus, q, Christiquæ sunt, ex animo quærẽs (quales non paucos habet Italia, plures Hispania) omnes sub obedientia S.D.N. iurata ad Concilium Germanicum euocet Primates, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & Collegiorũ decanos: quibus seriam mandet Oecumenici Concilij Tridentini susceptionem, exsequutionẽ, obseruationẽ. Quod vt conficiatur vtilius & efficacius, ꝓfuerit eximiè vt Imperatoria V. Maiestas eosdẽ sub iuramẽto V. Maiestati facto illuc euocaret, ne quis tergiuersationi vlteriori, aut procrastinationi damnosiori superſit locus. Si in præfractiores aliquot censuris & pęnis Imperialibus quis putet vtendum, nõ displicuerit, quod calcar equidem opinor quibusdam salutariter profuturum. Nõ pauci enim humana, nescio qua, corrupti beneuolentia, aut semiuira verius, molliq; pusillanimitate fracti, aut suæ potius salutis æternæ incuria elumbes, hac quasi honesta coactione suo in sinu gaudebunt, quod Canonicã reformationem iam pridem desideratã tali Augustali veluti mandato (hoc enim plerique aulico typho turgidi non parũ, pro pudor! præ-

ponunt

ponunt Pontificio. adeò enim in Carnalia, iumenta dicam, an semibruta ferè pecora degenerauimus) impulsi facere cogantur. Varia enim sunt priuata Episcopis Germaniæ impedimẽta hinc illinc temerè, immo sacrilegè obiecta, hic non recensenda: quæ nisi hac ratione semel precidantur ac prorsus tollantur, semper salutarẽ Concilij Tridentini in Germania pergent exsequutionem impedire.

Taceo iuramenta parũ sacrosancta ab Episcopis eligẽdis extorta. Taceo pacta, Simoniaca dicam an sacrilega? Certe dei mandatis, sacrisq; Canonibus inimica. Taceo tuẽdæ libertatis suæ, heicio cuius, certè noxiæ causa non libera suffragia.

Quod si hac ratione nihil proficitur, ac veluti Paralysi deo exsecranda totum laboret corpus, ne animi tamen desperatione fracti, Sereniss. D. Imperator rem omnino necessariã (si Romanum tua Maiestas cupit saluum Imperium) despondeamus; nedũ de manibus abijciam⁹. haud.n. fuerit fortassis inutile, aut incõsultũ, illã ingredi viã, q̃ Ludevvycũ Imperatorẽ olim fæliciter videm⁹ ingressũ, nimirũ vt S. Maiestas tua Primatibus & Archiepiscopis per Germaniam literis Augustalibus mandet (euocato, vt diximus, à Rô.

Pontifice aliquo legato, si tandem impetrari queat; ne quis Sycophantarum temerè notam schismatis inuidosi gat demẽte) ne suo desint officio in publicando vniuersali Concilio Trident. quod à tota Christi ecclesia ipsis præscriptum, est sanandæ Germaniæ instar saluberrimi pharmaci adhibendum.

Hanc tñ rem maiori atque certiori verę pietatis emolumento efficiendam profuerit eximiè, si Cæsarea V. Maiestas deinde ad singulos Archiepiscopos suum ipsorum impensus mittat legatum; qui gerendis secundum Concilij formam rebus summa cum authoritate intersit. Si tali Euangelicæ pietatis studio Augusta V. Maiestas rem nõ minus piam, & Deo gratam, quàm seruandæ Germaniæ, tuoque Rom. Imperio cum primis necessariam aggrediatur, pijs suis votis, vti confidimus in Domino, cælestem haud inefficacius experietur adesse gratiam, auxiliumque singulare; quàm olim pijs Iosiæ, Iosaphat, Ezechiæ atque Machabæis adfuit Deus.

Zelator ille inclytus Dei spiritu afflatus pro Dei domo & lege patria Iehu, nobilissimus Heros in repentinam florentis licèt Idololatriæ labefactationem pij

vni-

"vnius Ionadab Rechabitæ vtebatur consilio; vt & Iouianus A. vnius Athanasij exsulis Christi, ad reconciliandas & pacandas Dei ecclesias funesto Arrhianismo, vere Turcico semine (vnde impius ille pullulat Antichristus) infectas, disturbatas, diuulsas. Lætatus etiam fuit pius Ezechias, quod post subitaneam Idololatriæ subuersionem ministerium dei esset expletum. de repente quippe hoc fieri placuerat. Nescit enim tarda molimina, inquit D. Ambrosius, spiritus sancti gratia. *4. Reg. 10.* *2. Par. 10* *In Dei opere non cunctandum, neque multis opus est consultoribus. vbi clarū est Dei mandatum.*

Si dei spiritu acti Reges isti præclarissimi has instaurandæ aut domus Dei, aut Ecclesiæ veteris bono iure, sibi sumsere partes, cur non & hodie nostri Reges? Immo cur non magis nostri Reges? cùm ex pernicioso, regibusque singulariter nunc infesto Religionis dissidio tam male curato siue potius insolenter neglecto maius, vt non dicam ineuitabile, ipsis impendeat certò vna suis cum populis pereundi periculum?

Vidit prudentissimus Imperator Sigismundus Augustus V. Maiestatis auus magnus, ex Rom. Pontificum schismate indubium & suo imperio Roman. & toti adeò Catholicæ Christi Ecclesiæ impen- *CAP. 19.*

dere exitium, quantum laboris, d[illegible] bo-ne! quantum curarum, quantũ solicitudinis verè paternæ, ac plus quã Regiæ illi p Cõcilium Constantien. sopiendo sumpsit? huius schismatis tollendi causa cũ sese Constantiam contulisset, nullum omisit pij officij, aut humanissimæ in omnes beneuolentiæ genus; quod pijs illis Patrib⁹ dei cultoribus in Synodo cõgregatis fuerit exhibendum, aut præstandum.

Sigismundi Austriaci A. Lau.

Cum videret pius A. non posse pacem toti orbi iam pridem desideratissimã Ecclesiæ restitui, nisi & Reges Christiani in Concilij vota conspirarent, ipse Imperator nulla suæ aut imperialis Maiest. aut Regię dignitatis, aut valetudinis, nedum priuati cõmodi ratione habita Frãcię Regẽ adire nõ detrectauit. Deinde mari traiecto Anglię Regẽ in eadem vota, vt consentiret, induxit. Supererat Ferdinandus Rex Arragoniæ Petri de Luna defensor & propugnator.

Hunc vt Imperator Sigismundus hac de causa inuiseret, non eum aut itinerum asperitas, nedum longitudo, non syluarum, non præcipitiorum, non deniq; lõgæ illius peregrinationis labor deterruit. Vincebat enim omnia exoptata illa Ecclesiæ pax, & dia Christianorũ concor-

dia:

dia: qua sine stare suum videbat nō posse Imperium Romanū. Norat enim prudētiss. Heros eximio dei timore prędituѕ, et singulari Do. Christi amore inflāmatus, illud dei oraculum esse omniū verissimū quod eodem in Cōcilio exstat decretū, frequentem Concil. Generaliū celebrationē esse agri dominici culturā, quæ vepres, spinas, & tribulos Hæreseon & errorum & schismatū exstirpat; excessus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectum præmissa disseminare atque fouere. quæ Spiritus sancti sententia an non ipsa apud Germanos (de alijs enim nationibus modò nihil agitur) reperiatur verissima, dies ipsa docet. Certè sic olim pij nostri maiores nulli blandientes, nihil adulantes, sed ipsam professi veritatem ingenuè agnouerunt non aliā fuisse grauissimorū dei flagellorū & euersarum in Germania Ecclesiarū causam, quàm longum Synodorum neglectum, vti superius dictum est fusius.

Vsus Conciliorum Gen quā tus & quam necessarius.

Vide acta Cōc. Constant.

Vide Conc. [illegible] Moguntin. [illegible] & [illegible] superius [illegible]

Tanta igitur Sigismundus A. & fecit, & tulit pro conciliando terrarum orbe diuersis Antipapis Cathedram Petri perturbantibus; ne dissidio de capite,

 siue

siue vicario Christi Do. orto, vniuersum periclitaretur Christi corpus; quod Catholica est Ecclesia: aut ne vllum hac ex re Imperium Roman. caperet detrimentum.

CAP. 20. Quid igitur Pium Augustum fuisse facturum putabimus, si in isthæc infælicissima incidisset tempora? quibus ex tantis exitialium schismatum agminibus, dicam, an examinibus, vt vix domus domini consentiat, vnde multò perniciosius Rom. Imperio imminet excidium, quã ex intestino Pontificum Romanorum schismate? Si quidem illi inter sese vnius erant omnes fidei, vnius omnes Religionis, vnius omnes animi & sententiæ in Catholica Christi doctrina; licèt vno de capite, Vicario, quodnam illorum trium esset verum, verusque Do. Christi vicarius, Petrique successor, dissiderent. At modò non solum de hoc rixantur capite (cùm suum sibi quisque statuat caput, quod Christi immo Antichristi loco veneratur & religiose colit) sed repudiato vero Christi vicario, cui omnes suas abiturus ipsemet Dominus Christus pascendas reliquit oues: & iam hostiliter de varijs, & ijs capitalibus fidei digladiãntur dogmatibus. A qua pugna verè Ca-

Cadmæa plus Rom. Imperio impendet certi periculi, adeoque ineuitabilis exitij quod de ijs inter se irrecôciliabiliter dissentiunt.

Quibus cum ex infallibili Domini Christi prophetia indubitatissimum citò immineat exitium, Omne regnum in se *Luc.11.* diuisum, ait, desolabitur; & domus super domum cadet, quid cunctamur? quid deliberamus? quid aliena, & inutilia hactenus quærimus, tentamus & leui, ne dicam molli, ac tanquam semiuiro & effæminato brachio admouemus remedia? An huic Euangelicæ Prophetiæ fidem non habemus? An Christo domino rerum euēturarum fidem abrogamus? An exemplis populorum mutuo dissidio exstinctorum etiam hodie nostros in oculos per Græciam, Galliam, Iudæam & miserum nostrum Belgium incurrentib' nihil mouemur? ô cæcas nostras mentes! ô pectora cæca! immò Marpesia caute duriora & præfractiora! quæ nec diuinis terrentur comminationibus; nec Euangelicis excitantur Prophetijs; nec ipsis denique formidabilibus rerum horribilissimarum in oculos vndiq; incurrentibus mouentur exemplis.

Vident aduersarij nobis hac parte, vt *CAP.21.*

& alijs rebus multis, grandi nostro probro longè prudentiores, & sui officij (pro tuẽda sua cuiusque noua Religione) accuratius memores, se suas quemq; prouinciolas non posse tueri saluas, nisi aliqua Religionis suo in populo sit concordia, qua ceu taurino, aut potius diuino inter se glutino mutuum sociantur; immo colligantur, vereque ferruminantur sociabiles hominum animi.

Hinc illa toties conuocata Romani Imperij Comitia: in quibus primas semper iam annis ferè 60. partes habuit præpostera nouæ Religionis stabiliendæ cura; sicuti & infestum minuendi, euertendi, profligandi Romani Pontificis studium, vt & phrenetici suis non parcunt medicis, amicis, parentibus: quorum si admitterent salutaria consilia & remedia, pristinæ suæ reddi queant valetudini.

Hinc factum vt deinceps nihil contra sua mutua inter se de Religionis capitib' dissidia publico damnarint edicto: sed ne semel quidem ordines Imperij à Lutheranis sepius interpellati de dãnandis, aut fidei hostibus declarandis Sacramẽtarijs, suum animum vnquam inducere statuerunt.

runt. At quanā de causa? inquias. Procul dubio non alia, quàm quòd perſpicuè vident hoc ex decreto Comitiali ordinum Imperij Ro. indubiam ſequuturam animorum diuulſionem & formidandā ipſis dominis ſuorum ſubditorum, ciuium que omniū perturbationem; ne indubiā dicam Rebellionē, quæ aliquandiu nunc abſutūra videtur, quod faxit Deus nobis ſemper propitius; donec cōmuni omnes Euangelicorum nomine cenſentur tot ſectis licèt inter ſe diſſecti Euangelici. Vna enim Euangelij voce imperitæ plebeculę omnium gratiſsima, glutino quaſi taurino cohęreſcunt, & iſto Syncretiſmo in quandam fraterculorum amicitiam & coniuratoriam contra Catholicos ſocietatem, ac in Sathanicum Romani. Pontificis odium variæ atque inter ſe dis-dia-paſō̄n diſſonantes aduerſariorum turmæ coaleſcunt.

Qua opinione populo ſemel erepta (quod futurum Principum iſti Conſiliarij Taphnitici ac vere memphytici ex illa Saxonica Babylonia, aut Palatina AEypto profecti perſpicuè vident); irreconciliabilis inter populos & Romani Imperij ciuitates orietur

diſ-

diſſenſio,& implacabile aduerſus Princi-
pes ipſos odiũ: cuius finis foret rebellio,
eiectio, profligatio,& nouorum domino
rum commutatio. Norunt enim illud
Euangelicum fallere non poſſe, regnum
in ſe diuiſum cadit.

Vide acta Serueti & Valẽtini Gentilis. An non diuiſum iſtorum Euangeli-
corum regnum, cuius profeſſores ſeſe ip-
ſi mutuis Anathematiſmis non modò
damnant: ſed & libros alter alterius ſęuis
tradunt ignibus deuorandos? Quid li-
bros dico? an non & ſuos Syneuangeli-
cos & gladijs, & flagrantibus rogis ipſi-
met truculentiſsimè ſunt perſequuti?

CAP. 22. Si viderint igitur ordines Rom. Impe
rij Auguſtam V. Maieſtatem vni concor
diæ Euangelicæ omnibus Germanis v-
nanimiter reducendæ toto ex animo o-
peram nauare, abuſus Clericorum (qui
indubia iſtius funeſtiſsimi diſsidij ſunt o-
rigo) velle exſtirpare, Canonicam vitam
tã monaſterijs, ſuis à Maioribus religioni
Chriſtianæ colendæ inſtitutis, quàm Col
legijs Clericorum velle reſtituere, ſoli-
dam animorum vnitatem ſpectare, pa-
cem denique Chriſtianam & concordiá
verè Euangelicá animo non fucato quæ-
rere: procul dubio & eorum plurimi pa-
cis Germanicæ, ſalutis patriæ, atque con-
cor-

cordiæ Religionis studiosi candido adjungēt sese tibi animo, obnixoq; suo aderunt suffragio.

Ex hoc pio enim V. A. Maiestatis studio, quod metu implendæ per Germaniam (vti cernere est proh dolor! per Galliam, Græciam, Belgium & Iudæam) Prophetiæ illius Euangelicæ, dum vident V. A. Maiestatē serio ac ex vero magni Dei cultu suscipere; sibi gratulabuntur eam esse ineundæ alicuius per Germaniam concordiæ spem diuinitus oblatam: qua iterum vnum reddamur omnes in Christo Iesu corpus; vna iterum efficiamur domus dei, vnus denique vnius fidei populus, nec amplius altare stet contra altare, aut Iuda non amplius contra Israelem consilia ineat inimica, nedum hostilia gestet arma.

Quod inde magis fiat perspicuum, quū videamus ordines aliquot Protestantiū sibi à suorum subditorum in Religionis causa dissidio metuentium tantis impensis ac laboribus Herculeis aliquam quæsiuisse in Lutheranismo concordiam: in quam cum non omnes suos condiscipulos perducere potuerint, reclamantibus palatinis, refragantibus Hessis, dissentiētibus Rom. Imperij ciuitatibus Augusta, CAP. 23.

Vlma

Vlma, Norinberga, cum ſocijs, magis ex-ſtimulabuntur ad fouendum, & fauendum, immo ſeriò iuuandum religioſum A. V. Maieſtatis in piam concordiam & Canonicam Reformationem ſtudium.

Quod enim fruſtrà ſeſe nunc quæſijſſe vident ſua noua iſta Proteſtantium concordia, opere tam magno nunc in lucem edita, ſperabunt diuino aſpirante Patris Clementiſsimi (qui omnes ſuos filios ſingulari deſiderio anhelat idem ſentire, vnum corpus eſſe, vnam, eandemque colere Chriſti religionem) auxilio, paternoque fauore hac ex ratione conſequi poſſe.

Atq; vt de quibuſdam minor fortaſsis affulgeat conciliandi ſpes, qui Sacramentaria faſcinati ſunt ſemi-Iudæorum & Capharnaitarum, ne Machumetanorum, (quorum nefarias, & eas non paucas colunt doctrinas) dicam perfidia; certe Proteſtantiũ maior pars, potiſſ. Saxones, nullo ferè (ſi res ex vero Chriſti ſtudio, ac Zeloſo diæ veritatis Euangelicæ amore cũ illis ageretur) negotio nobiſcũ in gratiã redeant; atq; ſopitis pauculorum capitum de religione diſſenſionibus in optatiſsimam cum Chriſti corpore denuò reconcilientur concordiam.

Si

Si quis enim rem candido & Concordiæ Christianæ studioso intueatur penitius oculo, agnoscet perspicuè inter Catholicos & Protestantes Saxones nō plura quam VI. aut summū octo superesse diuersæ, diuulsę, atque infæliciter distractę inter nos Religionis capita.

Vide Ruwardum Lindani, siue de Trāquillitate animi.

Partim enim nostris Catholicorū scriptis & eruditis disputationibus; partim ipsa veterum Patrum lectione tandē doctiores facti aduersarij plurima nūc nobiscum tenent eadem; quę antea ceu prophana reiecerant, & damnata temerè pro impijs abominabātur. vt de peccato originali, de iustificatione per inhærentem Dei iustitiam, & alijs aliquot.

Quæ verò supersunt controuersa, inter nos paucula, Deus bonè! quàm facilē modò inueniant conciliationem, si pacis Christianæ viri studiosi adhibeantur?

Quod à vero non abhorrere, vno, aut altero haud abs re fuerit confirmasse exemplo. Si quidem in hanc pijs Dei filijs optatissimam dię concordiæ conciliandę spem facilius consequendam animum nobis acrius excitare debet quòd Principes aliquot literis & doctrinis liberaliter imbuti profiteri suis & verbis, & scriptis non dubitant, se à vera

CAP. 24. Indubia cōcordiæ cum Principibus Protestantibus conciliandæ spes à pia ipsorum professione.

Ca-

Catholica Roma. Ecclesia non defecisse: sed eam sese (quod & Lutherus locis pluribus docet) pro vera agnoscere; vbi doctrinam à DD. Apostolis Petro & Paulo & alijs Patribus Orthodoxis veterē, inquiunt, & non innouatā obtinet Apostolicam.

Sententia Principis Anholtini ineūdæ concordiæ idonea: si ad viuum resecetur, & ad veri normā castigetur: quò faciunt notæ insperſæ.

1 Longè absit à me, scribit Princeps Anholtinus fer. 4. de sacra Eucharistia, vt ego de sancta Ro. Ecclesia aliter, quā piè ac Religiosè loquar, aut sentiā. Sic & præfatione in sermones duos contra falsos Prophetas, Quartò quod accusant nos, inquit, quod à Ro. Ecclesia defecerim⁹ aut discesserimus & propterea nō sim⁹ in Ecclesia Catholica, ideoque ordinationes nostras seruādas non esse, nullo est innixum fundamento. 2 Quia

1 Votum istud & nos vobis precamur, cum animi luce Apostolica, vereque demum Euangelica, & doctrina Orthodoxæ fidei omnibus in capitibus consentanea.

2 Immò longè omniū solidissimo, quia qui à Roma discedit Ecclesiā, illud deserit ouile Christi, quod in cælum rediturus D. Petro commendare atque committere voluit pascendum; cuius illa membrū est primarium. Quod qui cū membris ei ab origine prima cohærentibus pertinaciter digressus deserit, corpus Christi sacrilegè diuidit, atque vnitatem corporis Christi scelerato schismate discindit, dilacerat, dilaniat.

Quia etsi non i-
m⁹ inficias quod
falsam doctri-
nam, 3.

Et abusus, 4.

Quæ ex nouatio
ne in Romanam
Ecclesiam 5

Sunt inuecta (de
quibus & Diuus
Paulus, 6.

3 Atqui nõdum est falsæ doctrinæ conuicta; nedum sacrilegij, vt crepatis, idololatrici, aut cultus Baalitici.

4 Vt vos quidem imperitè censetis quædam: sunt tamen in vita & moribus purganda, non inficiamur, plurima, & castiganda religiose ad SS. Canones.

5 Istud de indubitatis Christianæ fidei dogmatibus pernegamus: immò vos doctrinæ vt temerè nouatæ, ita immeritò desertæ vno ore accusat tota Christi Ecclesia Catholica, tã Orientalis, Græca, Syriaca & Armenica: quàm Occidentalis, Gallicana, Hispanica, Africana, & Italica; ne ipsã dicam Germanica, immò ipsi adeò vestri in nouo Euangelio fratres Euangelici, vt de Sacrificio S. Missæ Eucharistico, de precib⁹ pro defunctis, de Sacramentorum numero & efficacia.

6 Illa nos diuino adiuti auxilio hactenus euitamus: sed vos non meministis illius mandati Paulini. Obseruate eos qui dissensiones, διχοστασίας, secessiones, seditiones & offendicula faciunt contra doctrinam, quam accepistis à Christianæ fidei exordio.

Ad Ro.& Gregor. cæpit conqueri) ex debita erga Deum obedientia deseruisse, 7.

1.Cor. 1.

Ephes 4.

Et illis resistentes, 8.

Amos 2.

Hebr. 13.

Iudæ. 1.

Nos cōtradicere, 9.

Tamen idcirco nō discessimus à vera, Sancta Apostolica Romana Ecclesia, 10.

D.Cyprian. D.Iren. D.Optat. D.August.

Imò magis nos in illā totos tradimus, 11.

7. *Ideo vos schism...icos esse amplius negare nō potestis. Istud enim agitur nō quidem ex obedientia, vti temerè admodum & futiliter gloriamini, deo debita: sed verbi eius inobedientia; quod diserte mandat; Ne sint in vobis schismata. 1.Cor. 1. Rursum, sitis soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ephes. 4.*

8 *Vt populus ille sacerdoti, de quo apud Prophetam suum Amos Deus ob rebellionem & inobedientiam aduersus pastorem suum conqueritur. Danda igitur vobis opera, vt obediatis Præpositis vestris & subiaceatis eis, vti Paulus mandat.*

9. *Sicuti Core, Datham, & Abyron Moysi. Videte igitur ne in contradictione simili cum illis pereatis schismatum authoribus; cùm altare contra altare sacrilego erigitis studio.*

10. *Maximè discessistis: quia Romanam, quæ est vera ecclesia Christi Catholicæ Matrix; mater, & caput quoddam, ingrati & degeneres filij deseruistis.*

11. *Non quidem vero Christi domini ouili adhærentes; quod violastis, dispersistis, dissipastis: sed schismati sacrilego. In quo*

Quan-

Quandoquidem illam suscipimus, profitemur, defendimus doctrinam, quam Petr^9 & Paulus Rom. Ecclesiam, & totum orbem docuere Christianum, 12. Sicuti epistolę ipsorũ demonstrãt, potiss. Pauli ad Rom. Galath. ad Timotheum, ad Hebręos ex Italia scriptæ, immò tota Biblia quæ nobis à Rom. Ecclesia 13. prodierunt docent. Qui amissa tali scriptura nimirum SS. Apostolorũ Petri & Pauli discedunt 14.

qui pertinax hæret, spem nullam regni cælestis poßidendi habet reliquã. omnis enim qui recedit à doctrina initiò tradita Ecclesiæ Catholicæ, ait D. Iohan. deum non habet. 2. Iohan. 1.

12. *Illam vos non suscipere, nec pridem susceptam obtinere, subsequẽs demonstrat vobis querimonia Ecclesiæ Christi Catholicæ orationibus tribus distributa.*

13. *Cur ergo ea non suscipitis tota? plurima enim Lutherus vester repudiauit. Cur & genuinam Bibliorum sententiam ab eadem pridem vbique cõcorditer omnibus suis filijs traditam non obtinetis constanter? sed cum Luthero quædã locã teneiis deprauata, & adulterata: ex quibus istæ nostræ oriuntur de fide controuersiæ Do. Christo exosæ.*

14. *Atqui vos, reclamante toto orbe Christiano, ab illis disceditis, aliam diuinis Apostolorum verbis inuehentes sententiam: quàm ipsi totum docuere orbem Christianum; cui omnes ad vnum Romanæ Ecclesiæ aut socij, aut filij iam ab ipso vsque fidei Christianæ exordio concor-*

diter consentiunt, & æmulanda vobis constãtia gloriose insistunt.

Non possunt sibi sanctam Apostolicam Romanam Ecclesiam vnquã arrogare: aut eius nomine amplius verè gloriari. 15.

15. Romanæ Ecclesiæ nomine non tam gloriamur, quàm Apostolicæ atque Catholicæ: quæ Roma ceu fonte vberrimo in totum orbem est præcipue per Apostolos Petrum & Paulum deriuata, & salutariter in vestros etiam maiores tandē propagata post annos circiter 800: quæ sera ad Christum conuersio vos modestiores meritò reddat doctrinæ Apostolicæ censores, cùm veluti reliquiæ quædã Gentilium, siue paganorum ad magnum illud ac verè Catholicum Christi Do corpus accesseritis incorporandi, & tanquã filij ei inuiscerandi.

Porrò vbi quosdam Roma. Ecclesiæ abusus, de pedum osculo, 16.

16. Si notã esset primorum illorum Christianorum pietas, et stupenda in Christi seruos reuerentia, non diceretis Romanos Pontifices hæc in re niminum sibi arrogasse. Olim enim de more occurrenti episcopo plebs ad pedes prouoluebatur osculabunda, vt D. Hiero. testatur de D Epiphanio. Plurima etiam malignius à quibusdam interpretantur, aut in calumniam imprudentius rapiuntur; quàm sit æquum. Nam illud osculum

non eius fit pedibus: sed fixo illis D. Christi tropheo: cuius ille oportet sit imitator, prædicator, & propagator. An nescis illũ gentilem vestrum Cainam D. Chrysostomo filios misisse obviam vt eius genua oscularentur. Vide histor. Tripart.

& similia. 17. 17. Sunt in ceremonijs & ritibus ecclesiæ Ro. quædam, quæ non peritè satis considerãtes offendunt, sed temerè; quia originẽ piam nesciunt; aut quia mysteria & Anagogica, minus quàm par sit, penetrant, vt de Thiara Tricoronata, de habitu sacro & cultu diuino.

cepisset idẽ Princeps expédère, subdidit; Salua tamen (inquit fol. 255. prima concione contra falsos Prophetas) reuerentia sanctæ Rom. ecclesiæ. 18.

18 Si ista in Romanam Ecclesiam reuerentia verbis quidem blandis testata, pio in matrem omnium animo esset profecta, non tam leui de causa quis posset grauiter adeò in piam suam matrem præclarè admodum de ipso meritam offendi ob res aliquot leuiculas: quæ vt alijs displicent; ita forent concordiæ causa pijs & grauibus viris tolerandæ potius; quam ob eas corpus Christi sacrilego schismate diriter dilacerandum, et crudeliter variis in blasphemarum sectarum membra dilaniandum: quia non potest esse Christi charitas vbi ista ...

August. contra Donatist.

Cæterum ne cui subboriatur scrupulus quosdam protestantium simulato animo, veram Ecclesiæ Christi Catholicæ quærere concordiam, verba subtexemus, quæ idem Anholtinus Princeps ibidem in margine ad pleniorem sui animi explicationem adtexuit. Sancta Ro. Apostolica Ecclesia sunt oēs, inqt, Patres, & Christiani q Romæ fuere, sunt, aut erunt; qui sanctam Apostolicam doctrinam Petri & Pauli & aliorū sicuti in S. Scriptura continetur, sequuntur.

19. Si nunc igitur Ro. Pōtifex suis cū Cardinalibus, Episcopis & presbyteris (sicuti ipsorū precessores fecerunt) Apostolicam doctrinā sequerentur, 20.

gustin. non est Corporis Christi vnitas.

19. Istam definitionē & nos virisque, quod dicitur, manibus suscipimus, quia non aliud euangelium Catholici admittimus, nec præter id, quod ab Apostolis initiò vbique concorditer accepimus, credimus, tenemus, docemus.

20. Quod vt nos affirmam⁹, ita negatis vos. quid ergó ad hanc extialem discordiam remedij aliud, quàm vt ad Christianam, Concordiæ Euangelicæ studio, vniuersi conueniamus Synodum, prisco de more maiorum nostrorum celebrandam? vti semper in similibus Ecclesiæ Christi procellis factitatum salutariter.

Vellemus nos libenter ipsos pro mēbris Apostolicæ Ecclesię habere. 21.

21. Itane vos præcisa ecclesiæ ramentula quædam, aut auulsi potius ramusculi aliquot indubios totius gregis Christiani Pastores, Apostolorum successores; immo vicarios quosdā, & primaria Corporis Christi vitalia membra pro ecclesiæ membris tandem agnosceтis? ô intollerandā arrogantiā? ô fastum degeneribus Synagogæ Sathanæ filijs dignissimū?

& tanquā Christianos Episcopos, animarumque curatores iuxta mādatum ipsis officiū agnoscere. 22.

22. Tunc demum veri Christiani hominis faceretis officium: si, vt oues Christi decet, vos præberetis Pastoribus vestris à Deo missis morigeros, non obstreperos, non dicto inobedientes, nō rebelles non vobis iudiciū de vera Christi doctrina superbè sumentes: sed obedienter Catholicæ ipsorum doctrinæ cum reliquo Christi grege consentientes.

omnique honore venerari. 23.

23. Venerationem aliam non postulant, quàm quæ Apostolicum ipsorum sequitur officiū ad ouium Christi pastum salutariter præstandum necessaria.

Huic debitæ reuerentiæ nostræ nihil deesset 24.

24. De hac facilè inter nos conueniret, si modò esset solida de vnitate fidei Euāgelicæ atque Apostolicæ concordia, Synodicè conciliata.

Sicuti etiam Lutherus, & nos in præcedentibus, & huius temporis cōfeſsionib⁹, atq; omnibus de Concordia tractatibus ſemper obtulimus. 25.

25 Qualem, obſecro, vos obtulistis reuerentiã, aut venerationē Paſtoribus Chriſtiani ouilis congruã? cùm primarium reuerentiæ Chriſtianæ caput, puta obedientiã, et in fide Apoſtolica conſenſum atq; conſtantiã detrectaueritis, proieceritis, conculcaueritis? adeoq; irreligiosè admodũ blaſphemis cum verbis, tũ factis hactenus eſtis dirìter exſecrati: & phreneticorũ in modum horribiliter abominati?

Vtinam; deo fauente illi hoc agnoſcerēt! & ſequerentur, quã velimus illis cōſultum benè 26.

26 O deplorandũ quidē votũ: ſed phreneticis dignũ, membra de Chriſti corpore dudum præciſa, ſentica propè tabe iã (niſi deus cauerit) putrefacta, ne dicam bis mortua, viuis Chriſti membris, totiq; corpori adhærētibus vitalē optant ſpiritum. ô rem abſurdã! & faſtuoſo illius Luciferi ſeſe in Angelum lucis transfigurantis animo haud incongruã! Vobis, ô miſeri, vobis ipſi conſulite; immo, vt conſulatur ſalutariter, toti ſatagite. Quia vnum eſt corpus Chriſti, quod ſacrilegè violatis, dißipatis, dilaniatis. Vna eſt Chriſti ecclesia, quã vos inteſtinis veſtris dißidijs turbatis, diſgregatis, labefactatis; extra quam nulla vobis ſalutis æternæ ſpes queat

Sicut

superesse salua

Sicut & Lutherus sua manu scriptum reliquit, Non opto ruinam Episcopatuũ, 27.

27. Istud verbis quidem in speciem blandis profitemini: sed rebus ipsis manifestè aliud longè loquimini. vbi enim supersunt illæ opulentißimæ per Saxoniam Cathedræ? vbi locupletißimæ paßim illæ per Germaniam Abbatiæ? Vbi Xenodochia illa regia ditißimis annuis prouentibus redundantia? an non vester rapuit fiscus, & culina deuorat omnia? famentibus licèt veris possessoribus, & inedia pereũtib9 alũnis Christi pauperib9.

sed opto reformationẽ. 28.

28. Eandem & pij vbiquè optamus sanè non minus, quàm vos, clamitantes esse plus quã necessariã.

In eandẽ sententiam & Theologi atque professores Vvittenbergen. fol. 168. Non est nostrę inquiunt sententię aliquid nouiter 29.

29. An ne nouiter, quando in vestro cænæ dominicæ sacramento pistorium vestrum adpinsitis panẽ? An ne nouiter nouã & Christianis hactenus omnibus inaudatam fidẽ inuehitis specialẽ? vti Lutherus vester paßim gloriatur: An ne nouiter de sacramentorũ numero & efficacia, nouoq; vbiquitatis Idolo? An ne nouã inuehitis colendi et inuocandi Dei rationẽ? Vbinã gentiũ obsecro, vnquã auditũ anteà, quod vos tota boatis Germania, Christe ora pro nobis: Christe supplica Deo Patri pro nobis?

Vide Librum Dist. reden.

aut aliter docere, 30.

30. An ne aliter de permanente in Baptisatis peccatorum reatu et culpa damnabili? An ne aliter

de pia SS Trinitatis adoratione? sanctorum inuocatione? de purgatorio? denique de pijs bonorum operum meritis, iustaque mercede?

quàm vna & æterna doctrina in Euangelio, 31.

31. Addendum hic vobis fuit vero & syncero, Apostolorumq; sententiæ consentaneo. Quod enim vos crepatis Euangelium, & symbola; totidem verbis cõcrepant; immo discrepant variæ vestratium Euangelicorum sectæ. Cùm igitur omnes vnũ profiteri nos dicamus Do. Christi Euangelium; cur nõ, quæso, ad Christianam conuenimus Synodum? vt veteri de more vniuersa ista controuersia tandem inter nos legitimè dirimatur, determinetur, definiatur de vero Christi euangelio, penes quosnam demũ illud reperiatur verum, & germanum: Cuius nos Catholici authenticam & originalem obtinemus possessionem, à quibus vos sua quisque profecta constabiliẽda hæc aut illa diuulsistis doctrinæ capita: quibus ceu fundamẽtis ligneas & ficulneas, immò stramineas superædificatis domos, non iam dei, quæ vna est: sed procul dubio Antichristi, qui vos suo vertiginis spiritu in diuersas, immò pugnantes disgregat diaboli Synagogas, iuxta D. A-

&

postoli prophetiam Apocal.

& symbolis 32.

32 Dum quædam suscipitis, cur temerè abijcitis cætera? An non eiusdem sunt authoris S. Spiritus? an non in cōcilijs generalibus Catholicæ Christi ecclesiæ præscripta? At ne illa quidem verbis iactata tria Symbola, Apostolorum nimirum Nicenum & Athanasianum suscipitis integra, aut vniuersa, quia in sensum alienum deprauatis, & verbis adulteratis, vbique vocem Catholicam peruertentes in Christianam, vt inferius sua querimonia vobis demonstrat Ecclesia.

clarè, expressa, 33.

33. Atqui nos Christiani Catholico gaudentes nomine dicimus iuxta D. Pauli Canonem 2.Phil.2. *seruanda & obtinenda omnia, quæ non modò clarè illic sunt expressa: sed & quæ inde sunt deriuata, & non scriptis adeò traditionibus certò Apostolicis comprehensa.*

Atq; in Catholica ecclesia semper prudentib⁹, exercitatis&credentibus Christianis fuit intellectum. 34. Rogamus etiā deum toto cor-

34. Hoc ipsum et nos ingenuè non modò profitemur, sed indubitatis irrefragabilium PP. nostrorum Orthodoxorum testimonijs luce meridiana clarius toti orbi iam pridem demonstramus.

35 At quæ, obsecro, conscien-

de,

de, vt nos ita regat & custodiat propitius 35.

tia: cùm scientes prudentes charissimum ecclesiæ vnius Apostolicæ atq; Catholicæ corpus letifero dilaniatis dente, atq; sacrilegè duellatis, laceretis, occidatis, deuoretis schismate?

vt nos in sua veritate, 36.

36 De hac nos contendimus, penes nos veram Orthodoxorum PP. permanere doctrinæ Apostolicæ sententiam: quam vos quisq; suo prolibito innouatis, permutatis, & aliter docetis: quā ab initio fuit Catholicæ Christianæ ecclesiæ ab Apostolis & successoribus traditum.

& vera Catholica Ecclesia 37.

37 Atqui eā iam variè à vobis dissectā deseruistis, noua quisq; sibi fingētes euangelia à Christianorum memoria semper inaudita, vti Luther⁹ gloriatur de sua fide illa speciali in suis conuiualibus sermonibus.

semper maneamus. 38.

38 Hanc postea quam tot per annos deseruistis altare cōtra altare sacrilego studio erigentes, & à toto Christi corpore, quod Catholicè cōplectitur & Latinos, & Græcos, Armenios, Syros, & cæteras Christiani orbis nationes, quānā fronte optatis in ea permanere, quā funesto diuulsistis schismate, atq; internecino vulnere non solum crudeliter sauciastis: sed immaniter etiam, adeóq; exitialiter dilaniastis?

Sed hæc ex illis hactenus. Itaq; ex testimonijs Protestantiū, qui haud postremi

mi apud eos sunt loci, modò recitatis equidē satis superq; pio Christianæ Concordiæ amatori liquere arbitror, non leuem, nec futilē Catholicis esse conciliandæ cum fratribus nostris Protestantibus concordiæ spem: quam verbis ita disertis profiteri, imo candidè offerre, adeoq; ardenti Zeli non vulgaris cupiditate optare non dubitarint.

Sed nūc & reliqua expendamus, quæ ad eundem sperandæ cum Protestantib' in vnitate fidei Apostolicę atq; Catholicę tandem reconciliationis scopum faciant. Sperauerant Protestantium quidam haud obscuri nominis magnum suis nouatis dogmatibus patrociniū apud Græcos capitali schismate à vero Christi corpore perniciosè dissectos atque exitialiter diuisos sese inuenturos; ideoq; misso abhinc triennio ad eos legato Stephano Gherlachio, suæ Confessionis Augustanæ approbationem à Patriarcha Constantinopolitano, alijsq; aliquot precibus, & precio ambierunt.

CAP. 25. Legatio Protestantium aliquot ad Græcos super suæ Confessionis Augustanæ approbatione: sed frustra spe, cum illam capitib' plurimis Græci iam nūc dānarunt Catholicis consentanee.

Laudanda cum primis isthæc inuestigandæ Christi veritatis ratio, sedula prorsus ac verè soler;qua Protestantes nostri ad suum deriuatæ in Germanos Euāgelicæ doctrinæ fontem cen

sue-

fuerunt recurrēdum; vnde purior fluat cæleſtis huius laticis liquor. A Græcis enim ſuam ſeſe accepiſſe aiunt Euangelij doctrinam. Quod vt cum Hiſtoriæ veritate ſcribat iſte Hiſtoriarum profeſſor Dauid Chythræus, alibi veniet diffuſius excutiendum. Habent quidam D. Creſcentem Moguntiæ; D. Kilianum Franciæ noſtræ Orientalis Apoſtolum; & vnum, aut fortè alterum Græcum alibi: ſed an non Roma miſſum? aut ex Scotia Rom. Eccleſiæ filia, & Saxonia tranſmarina, nunc ab Anglo-ſaxonibus Anglia, deſtinatum? an non diui Eucherius, Valerius, Maternus primi Germaniarum Apoſtoli Roma fuere à D. Petro nobis Germanis deſtinati? Sed cur hanc veram & nobiliſsimam, more degenerum deteſtetur, immo inuidè vitet originem, ac ſolidam Euangelij veri in ipſos vſque Cymerios propagationem Chytræus, nulli obſcurum fuerit, cui mens conſtat ſana; neque Cymerijs iſtis, ne dicam AEgyptijs obfuſa inuidiæ aut adulationis nebulis. Si enim hos agnoſcerent Euangelij noſtri Chriſtiani Germanis noſtris maioribus initiò adnunciati ſatores, ecquid haberent latibuli callidæ iſtæ vulpeculę, vineam Domini

Chythræus falſi arguitur de vera Religionis Chriſtianæ apud Germanos origine.

Fol. 40. epiſtolarum de Eccleſijs Græcorum.

Vide Auentinum lib. 2. Annalium.

Sa-

Sabaoth demolientes, fraudulenterque æternæ simpliciorum fratrum & indoctorum hominum saluti Sathanica referti inuidia insidiantes? Intento enim ceu ad fontem digito, impuri ipsorum è vestigio deprehenderentur riuuli, exsecrando humanæ doctrinæ fermento impurati, immo virulento Babylonici illius calicis pharmaco infecti, atque sua ab origine pestilenter deprauati.

Dum autē accuratius nostrates schismatici apud Græcos schismaticos inuestigant, num apud ipsos quandam inueniant suorum nouatorum dogmatum concordiam, En tibi, Do. Imperator A. illis prorsus vsuuenit, quod vulgato fertur prouerbio, Turdus sibi malum cacat. Perquirentes enim peregrina discordiæ suæ Sathanicæ firmamenta & inuicta præsidia quæ nobis Catholicis ad funestam suam discordiam porrò infælicius confouendam ceu Aiacis clypeum objicerent (en tibi eximiam veritatis vim!) factum est vt sua præpostera diligentia nobis tuendæ Catholicæ nostræ fidei inuicta pepererint tela; immo victricia ex Hostibus in manus nobis contra seipsi tradiderint arma. *CAP. 26.*

Protestantes se ipsi suo iugulant gladio dū à Græcis sui Schismatis argumenta petunt: qui nobis Catholicis contra ipsos suffragantur.

Siquidem ex epistolis dudū per Da-

De statu Ecclesiarum per Græciā Libellus Da. Chytræi Catholicis est vtilißimus cōtra Protestantes ipsos.

uidem Chythręum de Ecclesiarum statu per Græciam in lucem emissis liquet Græcos, Armenos, & Orientales nobis Catholicis in plerisque omnibus cōsentire, atque ipsos Protestantes nouatæ suę doctrinæ nobiscum concorditer condēnare, potiss. A. de S. Eucharistiæ adoratione; B. de diuina mystici panis in Sacramento transsubstātiatione; C. de pia SS. inuocatione; D. de religiosa pro Mortuis oratione; E. atque Christiani sacrificij oblatione. F. de iustificatione, G. atque de tertio animarum loco, siue is Latinis purgatorium siue, Græcis Catharterion, siue carcer, siue exilium, aut alia deniq; voce dicatur, tenebrarum siue irrequiei locus. H. Sic & de Ecclesiæ authoritate, I. atque bonis operibus ad salutem necessarijs nouo isti Protestantium aduersantur Euangelio.

A. fol. 30. & 59.
B. fol. 17. ex Liturgia Bas. & Chrys.
C. 12. et. 20. 59
D. 20.
E. 20. & 21.
F fol 14. et 20
G. 18. & 59.
H. fol 59.
I. fol 58. et 73.

Hæc autem potissima ferè omnia cōtrouersa dogmata imprudēs nobis Chythræus ille pręclarus Theologus Cathedrarius dedit haud mediocriter confirmatiora, dum istas Græcanicarum Ecclesiarum reliquias suis concorditer magistris vetustioribus, & antiquis Orthodoxis nostris Patribus orbi demonstrat nobis Catholicis ad amussim conspirātibus

tibus in vnam Christi fidem animis consentire.

Sperauerat quidem Chytręus iste infælix Danus sese discordię nostræ vtrisque perniciosæ frigidam suffusurum; si Gręcos suis Protestantium probare posset concorditer docere dogmatibus: sed deus opt: pacis Christianæ author, & concordiæ Euangelicæ custos, fautor, & tutor infestum eius studium nobis in lōgè locupletissimum conuertit lucrum, atq; hostilia eius tela in misellum istius infælicissimi Christianæ Concordiæ osoris retorsit caput. Conatur quidem & maledicis verbis, & crassioribus, immò imperitioribus, nè dicā impudētioribus sophismatibus eludere, quæ ad vnanimem Græcorum saniorum nobiscum concordiam faciunt: sed hoc ipso suam infælix demonstrat aut imperitiam; quòd veteres Græcos P P. non legerit; siue lectos intelligere neglexerit: aut malitiā; quòd manifestam ipsorum doctrinam nobis per omnia cōsentaneam dolo malo dissimularit. Siquidem frigidè cauillando & falsas coniecturas temerè, immo planè stolidè cumulando illa conatur ridiculus eludere; vt de illa D. Basilij aureâ Liturgia, sicuti & D. Chrysostomi: quā

CAP. 27. Legationis ad Græcos euentus in contrarium cadit, quam sperarant Protestātes inconsulti.

Psal. 143.

Frigidæ cauillationes Chythræi in diuinas Græcorum Liturgias nobis consentaneas.

cauillatur improbus alicubi, falsò ipsis inscriptam quòd pro defunctis orât, aut Sacrificium offerri profitentur: cùm hæc alibi etiam verbis adeò disertis doceant Patres illi omnium clarissima totius orbis lumina. Quale illud etiã est, Græcos tertium quidẽ agnoscere locũ, vnde Animæ piorũ fratrum liberentur viuorũ precibus: sed non appellari, ait, ignẽ purgatoriũ. Quasi verò de igne, aut flãma potius sit nobis cõtrouersia; quã de iusta piarũ Animarũ expiatione, aut purgatione, quocunq; tandẽ iustarum pænarum, siue corporalium, siue spiritualium, siue cruciatuũ animi genere puniantur, purgentur, expientur. Rursus Græcos obtinere quidẽ nobiscum consentaneè animas piorum orationibus viuorũ adiuuari: sed non sacrificio altaris ait, & S. Eucharistiæ oblatione; cuius tamen contrarium apud ipsum liquet ex D. Chrysostomi Liturgia fol. 19. sicuti & fol. 21. de Armenorum Ecclesia, immo Chytreus ipse disertis verbis scribit fol. 15. opiniones de applicatione sacrificij Missæ pro viuis & defunctis alicubi inualuisse. At ꝓ tuo isto Alicubi, Chytræe, Vbiquitariorũ antesignane, tibi dicendum fuit vbique: si verũ amares, aut rem bona fide vbi-

Chytræus infelix gladiator seipse iugulat.

Arnobius li. 2 ex Platone de immortalitate docet animas exuri & ignibus immergi.

vbiq; ageres, vbi auita fides inuiolata obtinet, nō claudicās aut Hęresibus nouellis adulterata, quod ipsum & ex aurea D. Chrysostomi liturgia vera & genuina idem Chytræus imprudens adstruit fol. 17. licèt leuiculis aliquot coniecturis eā imperito lectori inadulteratæ suspicionē trahere conetur improbus. Fol. 15. Fol. 17.

Si Dauid Chytræus Græcanicæ Ecclesiæ candido veri cognoscendi studio perlegisset Euchologio Venetijs impressum, sicuti sese gloriatur legisse ipsorum Horologion, quod Breuiariū vertit, & Horarium, & octo-echos, troparia & Græcanici cultus reliqua, multò aliter de re adeò graui nunc proposita censuisset nouus incognitæ sibi nostræ Religionis Catholicæ Aristarchus.

Apparet igitur, sereniss. D. Imperator, optatā illam (vt ex diuerticulo in viam oratio recurrat) pijs omnibus Religionis concordiam facilius nunc inter nos coituram, quod Grecorum opera, à quibus infausta fouendæ suę Sathanicę Discordię expetiuere aut semina, aut fomēta, sese nūc videant destitutos, imò innouatę doctrinę auitę meritò à Catholicis hacten⁹ condēnatos; à qbus suę causę indubiā sibi temerè pollicebātur victoriā. Christo igitur gratia immortalis, q̃, sua ꝓ

consuetudine, immo verius suo ex promisso & fallere nescio & nunc laboranti suæ adest Ecclesiæ spōsæ, vni omniũ dilectissimæ; vt illud Epiniceon & hodie grata deo concinat, Cognōscitur Do. iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. dum enim sacrilega serere, immo stabilire conatur infælix iste Chytræus Danus Religionis dissidia, indubium iuxta ac inuictum Catholicis sua præpostera diligentia imprudēs attulit præsidium; quo aduersus nouatã Protestantium dogmatã stant inuicti, prorsusque omnibus inferorum portis insuperabiles. Ingētem sanè DD. Chytręo Catholici debemus hac de causa gratiam; quod Græcanicas illas nobis candidè adeò ediderit epistolas: quibus & Stephanum Gerlachium suum depingeret AErufcatorem, qui adnumeratis vni & alteri Græculo, inquit, aliquot daleris, vt aliquam doctrinæ Augustanę tandem ab eis emulgeret concordiam, & orbem totum sua pro doctrina Historica, & sapientia Saxonica doceret, quonam artificio nitantur Protestantes Theologi iactatam suã aut frustrà conciliare, aut temere ac futiliter stabilire concordiam, illo dudũ iu

Psal. 9.

Fol. 103. Daleri aliquot ad manũ Græcis dati à Legato Protestãtium pro Augustanæ Confeßionis approbatione impetranda et coemenda.

in lucem editæ Concordiæ opere infæliciter enixam.hac certè de causa Rom. Pontifex infesto licèt hosti suo Chytræo,si me audiat cõsultorem, magnam debet mercedem pendere (modò ille hostium dona, veluti ἄδωρα, non dedignaretur accipere) quòd istam reconciliandæ inter nos concordiæ adeò diligẽtem,solertem,atque perstrenuam nauarit nobis operam; quæ non leuiter ad optatissimam pijs omnibus faciat dissidiorum istorum Germanicorum compositioné, & religiosæ inter nos fratres Germanos Christianæ Concordiæ post liminio ineundæ instaurationem. Quod vt vt succedat saltem iuxta D. Pauli monita carbones ignis illius cælestis; quem Christus venit mittere in terrã, & quid vult,nisi vt ardeat! congesserit, atq; adeò succenderit Rom. Pontifex super caput eius : qui flamma diuinitus concepta hominem ad mentis tandem reuocet sanitatem, veramque cum puro puto Christi Iesu Euangelio concordiam. Ad quam cùm ipsi Dauidi Chytræo,tũ coniuratis eius ad vnum omnibus nihil æquè profuerit, quàm si vnum hoc à Chytræo discordiæ Germanicæ incétore alijsq; perniciosis istius funesti schis- *Ro. 12.* *Luc. 12.*

matis facib⁹ impetretur, vt à priscis illis diuinis Græcorum huius degeneris tem poris Patrib⁹ Basilio, Chrysostomo, Damasceno, cæterisq; orthodoxis malint germanã & veram Apostolicę veritatis doctrinã, tanquam ex purioribus, fontique viciniorib⁹ riuis haurire, quã ex istis detritis & squalidis, ne limosis dicam syphonibus, tubisq; perfluentibus emendicare. Verũ cùm hos Patres solidissima iuxta ac singularia venerandæ antiquitatis Christianæ columina norint suis refragari peregrinis nõ minus quã impijs nouæ superstitionis Augustanę dogmatibus, malunt ad infirmiora Aegyptiaca, vereq; ficulnea, & eadẽ fidei suspectæ, cõfugere auxilia. Quæ an nõ ipsos Protestantes suã fallãt spe, iam nunc his ipsis à Chytræo epistolis editis haud obscurè indicarunt: imo ipsis iam nũc præiudicarunt in nostrã victoriã: disertè scribẽtes quòd responsionẽ ad articulos Confessionis August. ipsis Gręcè à Martino Crusio conuersæ, Basileę impressę atq; à Stephano Gerlachio disseminatę missuros congruentẽ cum sacris literis, & nitentẽ fundamẽto syncerę suę fidei: quã ipse D. & Deus homo Iesus Christus ipsis tradiderit, ac posteà diuini eius discipuli & Apostoli. *His sequentia subtexuntur.* καὶ

Promissum Græcorum responsum ad articulos Græcæ Confeßionis August. iam nunc Protestãtibus haud mediocriter præiudicat, vt merito ipsos sui temerarij pæniteat consilij.

Fol. 67.
Fol. 43.

Chytræus suis telis à Græcia & Syria vsq; petitis sese cõfecit infælix.

καὶ καθεξῆς αἱ θεῖαι, καὶ ἱεραὶ Σύνοδοι, καὶ οἱ λοιποὶ θεοφόροι καὶ θαυματουργοὶ πατέρες, καὶ θεολόγοι ἐξηγήσαντο, καὶ ἡρμήνευσαν καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐμ διαφόροις καιροῖς, καὶ κατὰ τὰς ἀνακυψάσας χρείας αὐτοῖς ἐνέπνευσεν.

Ex Literis Re. D. Ieremiæ Patriarchæ Constantinop. ad Protestantes Theologos ann. 75. Nouembr. 16.

ὧμ τὰς γραφικὰς μαρτυρίας, καὶ ἀποδείξεις οὐδεὶς τῶν εὐφρονούντων χριστιανῶν ἀρνήσεσθαι ἄν.

Quod Latinis ita reddatur.

" Et deinceps diuinæ ac sanctæ Synodi " & reliqui deo pleni ac miraculis editis " Illustrissimi Patres Theologi narrarũt, Posterisque sunt interpretati: sicuti spiritus sanctus diuersis tẽporibus & iuxta emergẽtes subinde necessitates ipsis inspirauit. Quorũ testimonia & demõstrationes ex Scripturis sanctis petita nemo bene sentiẽs, mẽtisq; sanę vnquã negauerit.

Adhæc Orthodoxorum PP. Græcorum testimonia et nos Catholici contra Protestantes auitæ fidei nouatores prouocamus; quia pro nobis stant, disserteque pronunciant.

His suffragatur quod alia in epistola N. ad ipsum Chytræũ data exstat, Acta VII. Synodorum Græcarum, inquit, scripta Basilij, Chrysostomi, & Damasceni, eorumq; traditiones Græci huius temporis tanquam diuina oracula amplectuntur, ad eaq; de fide & Religione ipsorum sciscitantes remittunt.

Quo ex præiudicio Græcorũ huius tẽpestatis facile, qui obesioris nõ est naris, suboleścat qualenam promissum illud

Fol. 38.

& emendicatum, ne dicam emtitium, & ambitione argentaria haud vulgari extortum sit futurum, nisi aureis telis, pallidisque thaleris quosdam oppugnare pergant; vt illorum vi expugnati aliter in Protestantium gratiam scribant, quã animo sentiunt, aut mente auro iam pridem ad manum dato non fascinata iudicarunt.

„ Hoc enim Simonius ille Gerlachius
„ disertis verbis se agere, immo nũc ad suam,
„ inquit, instantiam illos aliquid exactius (scilicet ac deprauatius) promisisse, fol. 61. pudoris sui oblitus profitetur.

Cum Daleris donatis facit spem aliorum donorum Secretario Patriarchæ Gerlachius, vt responsum optatum accipiat: quem vt informauerit fatetur fol. 61.

Addit in fine lit. ad Crusium datis Gerlachius legatus. Thaleros aliquot inquit fol. 103. sese θ. ζῦγ. petenti donasse, cum spe aliorum; si diligentem operam (in responso illo Græcorum ad quæst. de Ecclesijs & fide Græcorum conficiendo) præstaret: quem fol. 101. graphiariũ siue Secretarium Patriarchæ dicit, cuius opera diligenti plurimum vtatur; cùm doctrina & ingenio valeat, in Patribus quoq; mediocriter versatus.

CAP. 28.

Istum in modum illis cum Græcis tãto dalerorum dono tentatis, tantis splendidorum munerum promissis oppugna-

tis

tis actum est à Protestantibus suum per Legatum Cherlachium, vt fauentem & conspirantem quandam suæ Confessionis Aug. emulgerent approbationem. Demus igitur, quod aliqua fortè machina efficient isti gygantes verè Babylonici, eos quibusdam in capitibus Religionis istis consentanea nunc docere: an propterea nobis veritas Christi erit deserenda? An non potius ad Orthodoxos nouitiorum Græcorum istorũ Patres antiquissimos erit prouocandum? Quid? an non maiores Protestantium iá pridem per annos minimum quinquaginta suis præiudicarunt hac in re vt posteris, ita degeneribus Confessionis Augustanæ sectatoribus? An non laudata Euangelicis plurimis, immo ipsis Protestantibus ad vnum omnibus prima illa suę Confessionis Augustanæ sua Apologia liquido nó minus, quam solidissimè orbi toti demonstrarunt veteres Græcos Patres, & Græcam etiam huius temporis Ecclesiam nobis Catholicis de diuina mystici panis in corpus domini transsubstantiatione prolatis ipsorum disertis verbis, consentire? Loca non repeto, quæ inferius sunt ad verbum recitata diffusius. Eiusdẽ est exempli quod

Ab inuicto primorum Cõfessionis Augustanæ præiudicio, quod Græci et ipsis & nobis Catholicis cõsentiunt in diuina mystici panis transsubstantiatione.

Vide inferius lib. 1. cap. 6.

eadē in Apologia docét de pia oratione pro fratribus vita defunctis;q̄ nos inquiunt, nō prohibemus,ad quod dogma statuendū,vt & quædā alia momēti haud leuissimi & Latinos & Græcos allegare iā pridem nō dubitarūt. His suorū Maiorum verbis si audaces isti Cōfessionis Aug. Nouatores fidē haberēt,nō ad Græcos nūc confugerēt, vt sacrilegā funesti sui schismatis rupturā nouis amarè dilatarēt, imò crudeliter exhulcerarēt exosarū deo pacis amatori,atq; Cōcordiæ authori controuersiarū pugnis:sed Euangelicę pietatis memores,& cōcordiæ Christianæ studiosi,atq; suæ morē gerentes Apologiæ primæ, in quā pleriq; omnes iurarunt, sedulò allaborarēt pro reliquis cōtrouersiis dogmatibus sua cū matre Cathol. recōciliandis; ne qua oriatur alicūdè grauior inter fratres Christianos discordia:q̄ nimis diu,e, heu miseris nobis! inter charissima vnius Catholici corporis Christi viscera dirū istū in modū certa cū pernicie grassatur.

CAP. 29.

Ad solidam vnius fidei cō-cordiam adhortatio.

Cæterū Sereniss. D. Imp. cū tā infirmis fulciatur tibicinibus isthæc Protestantiū Concordia,partim inuitis extortasique minis,prece,aut precio impetrata:partim cęco auro,multisq; Thaleris emptitia (vti de Græculis fatetur fol. 193. ipse Stephanus Gerlachius) partim fallis ni-

xa firmamētis in hac Eccl.Cathol.queri monia expositis,fueri nequit, quin omniū opinione citius varias in ruinas dilabatur. Quod metuentes sibi Protestātes à Gręcanica Ecclesia postulare,imo emēdicare, adeoq; thaleris suis coēmere sibi nō verenter tectoria à Chio vsque,&, si Christo placet,à Pathmo;quib⁹ fœda suę Cōcordię pallient,tegāt,incrustent vulnera. A quib⁹ Græcis cū in consentanea nobis maximorū aliquot Religionis cōtrouersæ capitum sentētia repulsam tulerint,q̃ ęx diametro illis dissentiant, de illo in primis prophano Vbiquitatis idolo,nobis verò cōsentiāt,maior in posterū erit quibusdā Principū(q̧ ex animo, pio quidē Zelo,sed non secundū Christi sciētiā,flagrantes ipsum quærūt Christi Iesu Euangeliū magis,quā Tolosanū Ecçliæ nostræ aurū) ad verā cū ipsa dei Ecclesia Cathol. & Apostol. Concordiam procliuitas,erūtq; ipsis proniora ad suscipienda pia pro desiderata, exoptataq; omnibus Concordia Ecclesię Christi cōsilia , erit deniq; ipsis mens solidæ Concordiæ studiosior,& animus cōciliandæ paci Christianę deditior. Magnū sanè momētū,vbi de salute agitur ęterna,capit in hāc, vel illā partē animus Christian⁹ in sensum reprobū nondum traditus,serio ac

In Concordiā cum Protestantibus reconciliandam quāta eius conficiendæ spe iucūbendum.

A Chio vsq; et Pathmo peūt Protestantes nouæ suæ perfidiæ patrocinia ficulnea & fraudulēta tectoria.

Nouum Vbiquitatis Protestantium idolum Græcis semper ignotum, vt Christianis vbiq; omnibus.

aç sedulò doctrinã verè inuestigans Euangelicam, ac germanè Apostolicam; quando videt sua in contrarium sibi euenire consilia, & quod sibi ad deprehendendam Euangelij re ipsa Christiani veritatem putabat profuturum, experientia doctus, & ipsa rei veritate conuictus cogitur aduersarijs concedere, suumque errorem non minus ingenuè, quàm liquidò agnoscere.

Indubia cõcordiæ cum Protestãtibus ineundæ spes à grauissimo Eccl. Græcæ præiudicio.

Qua in spe omnium certissima nunc equidem tota mente nihil ambigente confirmor, considerans D. Dei prouidẽtiam: quę nobis hac in meditatione laborantibus opportunè singulari sua liberalitate quasi de machina adiutor optatissimum mihi censuræ Constantinopolitani Patriarchæ procurauit exemplum, quod si prius nostras ad manus fuisset perlatũ, maiori cum fructu licuisset hac in palęstra eius armis fæliciter vti. Ante annos plus minus quinq; Patriarcha Ieremias à Protestantibus rogatus suam de Augustana Confessione ipsi Græcè missa xv. Maij transmisit censuram.

Vide censurã Orientalis Ecclesiæ de Confeßione Augustana in lucem Cracouiæ editam.

Quam vbi animo deuorassem, deprehendi Ecclesiam Græcanicam, à qua indubitatum sibi patrocinium, certumque contra nos pollicebantur victoriã Protestan-

testantes, capitibus minimum tringinta duobus aut tribus damnasse, ac nouatã ipsorum doctrinam nobis Catholicis cõsentaneè confutasse. Horum catalogum qui desiderat, vltimum huius querimoniæ caput peruoluat videbit enim istos nouatores non solum variam ob improbitatem egregiè à Græcis vapulasse: sed & pudendę imperitiæ argui, adeoque sophisticæ accusari fallacię, quod aurea D. Pauli verba in sensum minime Christianum detorqueant. Videbit & Græcos, licèt ambitionis studio Catholicis aliquot Nouatæ doctrinę capitibus aduersarios non solum nobis contra Protestãtes consentire de Septenario Sacramentorum numero, de Sacrificio Apostolicæ Liturgię, siue Euangelicæ missæ viuis & mortuis propitiatorio, alijsque plurimis: sed & de Confessione peccatorum in specie facienda, de pia Sanctorũ inuocatione, de vitæ Monasticæ prę stantia, de votis & Sacerdotum cælibatu: adeoq; de illa diuina mystici panis in Sacrificio in corpus domini ac vini in sanguinẽ cõuersione atq; trãssubstantiatione. Certè qui studiosè perlegerit, agnoscet Germãnis diuinitus esse à Græcis schismaticis Apologiam doctam simul & solidam

Vide cap. 12. Querimoniæ Orat. 3.

33. capitibus Protestantes à Græcis condemnantur erare.

Censura Græcorum solidissima est Eccle

con-

Catholicæ Apologia, vera quæ contra Protestantes victoria: quia ab hostibus profecta.

tra ſuum exitiale Proteſtantium ſchiſma vtiliter admodum conſcriptam.

In hiſce magnis ac primi nominis adeoque Principibus controuerſiarũ fidei capitibus cùm iã ſolis luce clariùs Proteſtantes ſint à Græcanica Eccleſia (cui ſeſe tota mente voluerũt coniungere atq; ſchiſmatici Patriarchæ obſequio ſeſe ſubijcere, ſeptẽ cum ea ſuſcipientes Synodos vniuerſales) nobis cõcorditer diſertis verbis condẽnati, imò perſpicuis rationib⁹ ex Dei verbo, & Orthodoxorũ PP. teſtimonijs ac Synodis Oecumenicis refutati, quis piorum non maximã concordiæ inter nos conciliandæ ſpem concipiat omnibus optatam?

Fol. 225. Fol. 3.

Numeri in margine reſpondent doctiſſ. verſioni D. Staniſlai Sem.

Cum enim de grauioribus fidei capitibus iam pridẽ præclara Caroli A. Patrui, & Ferdinãdi A. aui opera ſit conciliatio quædam cum Proteſtantibus vario admodum loco in Comitijs Imperialibus inita, nulli deſperatio debet obrepere, quaſi irreconciliabilia illã ſint reliqua.

Ad Religionis Concordiã ſerio tandem moliendam exhortatio.

Hanc in rẽ ſi à viris verè Euangelicis, & Cõcordiæ ſtudioſis, & quę Chriſti ſunt, magis, quã gloriæ; quã priuati quæſtus, quã ſordidę pleonexias, ſiue immodici habendi ſtudij quęrentibus, ſeriò iuxta ac ſedulò incũbatur; equidem nihil ambigo pijs omnib⁹ optatiſsimã hãc vnius

fidei Catholicę toti Germanię post liminiò tandē singulari dei opt. beneficio restituendam. Nolo nunc C. Aug. illā ęternę in cęlo retributionis mercedem tibi proponere, Beati, ait D. noster pacifici: quoniā filij dei vocabuntur. Maiora enim eius sunt illa merces, gloria, decus; quam vt ieiuna & infanti nostra oratione attingenda veniant, aut delibanda. Verū apud dulces nostros posteros quā gloriosum simul & gratiosum; quā omni Ambrosia dulcius, quam omni nectare suaue-olentius erit pij Radhulphi II. nomen? qui certissimā Patriæ suauiss. pestem, ac indubiam miserrimę sub duro Turcarum iugo tyrannidis prēambulam, intestinas illas dico Religionis Christianę discordias, suo enitebatur studio tollere, delere, profligare? Est quidem ea pestis pio simul & sedulo fęliciū Caroli V. A. Patrui, & Ferdinandi A. aui conatu non parū debilitata, viribusque labefactata, partim laudatissima Concilij Tridentini absolutione, partim priuato ipsorum in solidā Concordię instaurationem studio Zeli Christiani pleno: sed absoluere hoc opus Heroicū Principe Christiano cum primis dignum ijs, non fuit donatum. Hanc igitur gloriam sibi negatam charissimo nepoti suo

A spe diuinæ in cælo remuneratiois.

A spe immortalis apud Germanos gloriæ de restituta Religionis Cōcordia pijs vbique omnib9 semper optatissima.

cum

cum fidei Catholicę; tum virtutum Heroicarum Heredi Radhulpho putarunt transmittendam: quæ ipsi exoptatissima pijs vbique omnibus dicti Concilij Tridentini exsequutione fæliciter apud omnem semper posteritatem immortalis est exoritura.

Ab incomparabili reconciliatæ Germanis Concordiæ in Religione fructu Germaniæ nostræ.

Quanta pios Christi exsules, profligatos, spoliatos, verberatos, mutilatos, domo dei & sua exturbatos vestra Maiestas afficiet lætitia, vbi tua ipsis opera licebit auita recuperare patrimonia, Christi cultoribus tuis pijs à maioribus, alijsque religiosis Germaniæ nostræ Principibus æternum relicta? quę nunc pharisaico Euangelij prętextu viduis, orphanis, verisque Dei cultoribus sacrilegè sunt erepta, subtracta, totumque iam seculum abalienata.

Quo exultabunt gaudio illi miselli pauperes Christi, pannis, annisq; miserabiliter obsiti, tot iam annis sua quotidiana priuati præbenda, necessarijsque trahendæ vitę stipendijs ab auaro hoc vel illo semichristiano Iuliano tot iã duriss. hyemes exorbati?

Quanta erit animorum alacritas, quãta voluptas, quantæ animi delitię prorsus Paradisiacę, vbi Catholici passim

nunc

nunc dura quadam, & plus quam Babylonica seruitute pressi, suo pro voto (quod non raro per Germaniam primam iter faciens mæstissimus audiui) desideratũ auitæ suæ, immo Apostolicæ Religionis citra impedimentum omne diuinum videbunt cultum celebrari? Quàm lętas Christo Do. tuo Radhulphe, canent laudes pij eius nominis cultores, siue Clerici suis in Collegijs ad SS. Canones reformatis, siue Monachi suis in asceterijs suam ad diuinam Regulam restauratis: quod tua vnius tandem opera licuit trãquillo corde, lætoque ore post tristia, vereque tetrica, & adeò longa silentia diuinas psallere laudes? Quàm hilari vultu, nitentique splendore, ô Cæsar Auguste, tua tibi occurret Germania liberatori suo, veræque libertatis Christianæ vindici, & glorioso victori reddítura & merita & congrua epinicia? quàm faustas tibi acclamabit voces? quàm canoro gutture illud IO. PAEAN! tibi barbytó perstrepens Lyrico personabit? Quo denique gestu pia mater nostra Catholica Christi Ecclesia tibi hanc gratulabitur victoriam omnium gloriosissimã? quando vindici suo ac verissimo Germaniæ saluatori (vt cum Moyse illud Genes. 41.

Iosepho nostro meritum tribuamus elogion) roseas, violaceas, croceas cælesti manu suo de sinu ambrosio nectet corollas; quibus charissimũ sibi istud exornabit, imò immortalitati consecrabit caput.

CAP. 30. Epilogus. Hæc, aliaque ab alijs ingenio, & ocio abundãtioribus suo tempore ac loco explicanda, cùm Cęsaream V. Maiestatem ex hoc diuino Concordiæ afflictissimæ Patriæ Germaniæ post liminiò restituẽdæ studio summa cum gloria, perpetuáque immortalis virtutis laude maneãt, equidẽ Sereniss. V. Maiestatem Augustã supplex rogo atq; per Christum Iesum crucifixum obsecro, vt piam hanc, imò tuendo, ac conseruando Rom. Imperio tuo necessariam consultationem admittere clemens digneris atque propitius; bonisq; cõsulere. quod infimus Cathol. Christi Ecclesię seruulus suggerendum arbitrabar (saluo semper melius sentiẽtium, facilioraque, siue salubriora & efficaciora pacandæ, vniendæ, sanandę nostræ Germaniæ adferentium remedia iudicio) Hic enim omnibus veritati cõgaudens perlibenter cedo (vt & in communi assolet fieri naufragio, quando ne lixarum quidem putatur contemnenda sen-

sentẽtia, si quid fortè opportunè loquãtur) salua modò Germaniæ nostræ Patriç chariss. tandem restituatur Religionis Concordia, & Canonica vitæ Clericorum & Monachorum reformatio. Quæ canonica reformatio vt erit restitutæ concordiæ indissolubile vinculũ: ita & ab ea erit concordiæ solidò ineundæ iaciendũ per Synodos Ecclesiasticas fundamentũ: quo ad modum superius dictum, aut meliorem ab alijs doctioribus & sapientioribus suggerendũ semel, aspirante Christi suum in gregẽ ęmulatoris Zelosissimi gratia, iacto erunt procul dubio meliora speranda omnia. quç nobis equidem non dubitarim polliceri, modò gerantur eo scopo vniuersa, quem paucis dudum indicabamus. quã viam si A. V. Maiestas aliquando ingredi statuerit, verè sui nominis erit pheronymus, & suo pro etymo festiuũ, lætumq; Catholicæ Christi Eccle. adferet auxiliũ: sed quo id celerius afferre studuerit, hoc ipsa re magis suum prçstabit toti Catholicæ Christi Ecclesiæ nomen, quod Germanis à repentino dictũ est auxilio, quale D. Ezechias diuino afflatus spiritu arripuit; similibus laborante dei domo periculis, ac tantũ

Canonica Ecclesiasticorum reformatio erit solidũ redendæ Germanis concordiæ in Religione fundamentũ; simul & Ro. Imperij fulcrũ, atq; inuictum semper præsidium.

Rad- hulphus suo erit nomini Pheronymos, Rade vnd geraschẹ hülphe.

non Assyrijs hostibus oppressa. Repen-tinā enim Religionis arbitrabatur Rex prudentiss. verusq; Dei cultor apprehē-dēdam Reformationē, vti verbum Dei nobis testatur. Repente, inquit, hoc fie-ri placuerat pio Regi, vt submotis pro-phanis nouæ, ac Deo inuisæ Idololatriæ altaribus, restitutoque ministrorū dei cultu, atque Religioso ministerio, Deus vnus ille magnus & omnipotens ab om nibus quoq; religione vna diuinitus tra dita coleretur. Quam ad rem si quid aūt ingenio, quod nimis quàm exile nobis est; aut studio, quod senio exolescit: aut labore, qui ætate totus hæbescit; aut vl-lo denique infirmæ licèt ac imbecillis o-pellæ genere auxilij adferre queā: equi-dem me totum illi conficiundo iam pri-dem consecraui. Vnum igitur deum cle mentiss. Patrem supplex rogo vt A. V. Maiestati salutaria suggerat cōsilia, qui-bus miseras labefactatæ, imò disturbatæ suæ Religionis per Germaniam Catho-licæ reliquias pius conseruet, ac diuulsa læthaliter hoc atrocissimo, exitiali, ve-reque internecino schismate membra suo propitius denuò coniungat corpo-ri; atque vni domino suo Christo capiti clemens satagat adunare.

Conclusio per votum.

Quod

Quod vt deus opt. Germaniæ Patriç nostræ dulcissimæ placatus tandem A. V. Maiestati largiatur, oramus quotidie magna freti spe; imò indubia fulti confidentia; quod paterna eius clementia istã pacem vestram Germaniæ continuare dignatur, vt trophæum illud suũ pridẽ tuis à Maioribus Tridenti in optatũ Ecclesiæ Christianæ vsum, ac piam reformationem certamq; Ro. Imperij tui salutem, si vel tandem sapiat, erectum pia tua opera feriæ mandetur exsequutioni: quam piorum vbiq; ouium pectora anhelis exspectant pulmonibus, suas preces hanc in rem die noctuque Do. Christo fundentes, quas nemo dixerit irritas fore, & semper vacuas; qui sui memor est nominis Christiani. Eas autem vt benignissimus Pater noster cęlestis optatis impleat rebus, hoc omnium est votorũ finis: quorum nos citò compotes facere dignetur propitius.

Ro. Imperij ruina ex istis Religionis dissidijs ineuitabiliter formidanda: cui periculo per Synodũ Ecclesiasticam succurratur.

Sine his enim Rom. Imp. discordijs plus quam intestinis conuulsum, & paulatim veluti neruis incisis, solutisque; compagibus inclinatum, ad ruinam violento Turcarum, sed maiori hostium Christi Hæreticorum impetu impulsum stare; nedum florere (nisi ad de-

ſideratam almæ Cath. atq; Apoſt. Chriſti Ieſu Religionis concordiam redigatur) diu non poterit. Quod alia non fiat aut certiore, aut faciliore ratione, quàm per Synodum Eccleſiaſticam veteri de more ſecundū SS. canones cogendam & habendam, vbi & oportunè de indubitatis agatur remedijs, quibus Ro. Imperium ſua mole dicam, an male conſulta diſtractione, ac dira ſuorum viſcerum luxatione tantum non lapſum, aut ruinę ineuitabili verius proximum priſtinis ſuis reſtituatur virib⁹. Quod ad immortalem Cæſ. Maieſtatis V. gloriam cito faxit deus. verum de his aliàs, ſi quādo Sereniſſ. V. C. Maieſtati forte videbitur opportunius.

Religionis cōſentaneæ ope bella ſopiun tur, & diſcordia ſuo relega tur tartaro.

Valeat Sereniſſ. V. A. Maieſtas nobis, Catholicæque Religioni conſeruādæ, propugnandæ atque propagandæ incolumis in Chriſto Ieſu: per quem cęleſti ordinatione diſpoſitum eſt, vt Sereniſſ. V. Maieſtas, cui tanta Reipublic. ac Rom. Imperij cura mandatur, conſentanea fidei Catholicæ doctrina Deū & authorem, & amatorem veræ pietatis faciat mundum agnoſcere, atque vna Religione Chriſti Catholica colere; cuius ope diuina beluini atque ſæui

iſti

isti bellorũ furores & funesta huius exitialis discordiæ furiæ victricibus almæ pacis armis confringuntur; atque calcãs superbiæ colla Cõcordia superat, quod fortitudo non præualet, neq; vlla vnquam potentia efficiat humana. *Alma diæ concordiæ vis, quæ sola potest, quod mũdi robur non potest.*


Ruramundæ XXIX. *Nouemb. 1581. Sereniss. V. A. Maiest. ad omnia in Christo Iesu obsequia semper deditiss. ex animo*

VVilhel. Damasi Lindanus Ecc. Ruramunden. indignus Episcopus.

QVERIMONIÆ CATHOLICÆ CHRISTI IESV ECCLESIAE ORATIO PRIMA.

Ierem. 9.

Incomparabilis Ecclesiæ Christi calamitas, potiss. per Germanias & Gallias istos extorsit threnos.



VIS dabit Capiti meo aquam,& oculis meis fontẽ Lachrimarum!& plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei,vt olim diuinus ille lamentans lugebat Propheta interfectos Iudaici populi sui; sed qui magis corpore, quam anima perierant: mihi autem ô Principes S. Rom. Imperij & Ciuitatum gubernatores Protestãtium nomine gaudentes,gemina est eiulaudi causa multò iustior, quam illi,acerbior simul atrocior.

Quis enim infinitum numerum filiorum meorum gladio, fame, inedia, exilio,igne, laqueo hiscediebus passim enecatorum fando exponat? Quis meam longè omnium acerbissimam calamitatem mei vestram per Germaniam, Principes & Ciuitates,populi gladio spiritus

A dissimili.

occi-

occisi idoneis verbis depingat? An non multò melius, qđ lamētatur suis in threnis D. Ieremias, qui solus lamentationes calamitatibus exæquare nouit, occisis gladio, quàm interfectis verbi Dei fame? Ante Annos LX. vnus mihi erat grex Christi, vna Christi familia, vnus populus Christianus Deum cœli religiose colentium, recteque ac adeò religiose tot per annorum centurias inuocantium: At vbi nouis istis Confessionibus cæpit esse locus, tot mihi, eheu me miseram! facta nouatæ Religionis sunt capita, & sectæ, indissectam Christi spōsi mei tunicam, cui vel barbari illi ipsius crucifixores parcebant, dilacerātes, quot ferè filij. singuli enim suam quisque sibi sumit fidei, nescio cuius, confessionem. Quasi verò vlla dæmonis nefarij dissidiorum istorum exitialium Patris arte fieri queat, vt vna Dei non sit fides! Imò quasi Christianum faciat aliquot fidei meæ Catholicæ sibi auellere dogmata, & ea, ceteris contumaciter repudiatis, & ignominiose adeò reiectis, & proteruè proculcatis mordicus obtenta pro suæ nouæ fidei fundamento iacere.

Thren. 4.

Nazian oratio in Arrhianos.

An non & illà diuorum Apostolorū ętate quidam verum falso permiscentes

Christum non sincerè, sed subdolè, fraudulenter, adeoq; falsò, licèt sub specioso fidei Christianæ titulo, adnunciabant?

2.Cor. 11.

2. Cor. 11. Blandiuntur & nũc temporis sibi quidã suauiter admodũ mira ambitione de Christi Euang. gloriabundi, q̃d primaria illa fidei meæ Christianæ salua sibi obtinent capita, quòd tria suscipiũt symbola, quæ locis tamẽ aliquot deprauant & adulterant, vt post veniet declarandum fusius: sed animũ, vos vestrã per salutẽ obsecro, aduertite, quidnam de istiusmodi sit viro prudenti, suæq; salutis æternæ haud prodigo censendum.

Symbola tria Protestantes noui locis sex sua in Cõcordia deprauãt. O firmum Cõfessionis Augustanæ fundamentũ!

Christum etiam sibi Hæretici habere videntur, inquit meus ille magnus Ambrosius Com. in Lucam, cap. 9.

„ Nemo enim Christi nomen negat:
„ sed Christum negat, qui nõ omnia, quæ
„ Christi sunt, confitetur. Vnum dogma-
„ tum eius si retraxeris, retraxisti salutem tuã! O vocem vobis, eheu mei Protestãtes, terribilem, vereq; formidabilem! Siquidem, vti Apostolus ille Theologus contra vos iã pridẽ horribiliter clamat, qui recedit, παραβαίνει, transgreditur, violat, & vel quadã ex parte fidẽ deserit, & non permanet in doctrina hac (Apostolorũ) hic Deũ non habet! Hoc enim

2.Iohan. 1.

est

est Apostolo παραϐαίνειν cum illo Iulia- no Apostata hinc Parabates dicto, fidē violare, transgredi, ab ea declinare, vel in toto, vel in parte; ideoq; ab eius Canone seu regula deflectere, discedere, eamque deserere.

Iulianus A. cur Parabates & apostata dictus Christianus.

Quod cuiusnā generis sit peccatum, effectus declarant; Hic Deū non habet, ait Apostolus. ô scelus immane: quod nos Deo vnico bonorum omniū fonte certa nostri cū infælicitate priuat; & consortio eius beatissimo miserrimè orbat; non solū quando fidē Christi prophanè totā cum Turcis excutimus, aut impiè cum Iudaizantibus abijcimus: sed quandò vel vna ex parte cū Hæreticis alicui' tandem classis, aut impię scholæ, violamus, repudiamus, deserimus. Nā & illi Pseudo-Apostoli, contra quos D. Ioh. Theologus hoc sibi scribendum, immò suo pro epitheto Bene-erges, tonandū putauit, non prorsus omnia fidei Christianæ reijciebant dogmata: sed quædā, vt & vos, in fidei titulū sibi obtinebant; quædam irreligiose nouabant, & temere mutabant; quędā sacrilegè abijciebāt.

Ioh. Apostolus cur Bonerges siue bene-erges dictus, vt castigatiora legunt.

Cæterum terribilior illa vobis, filij chariss. exstat apud magnū illū Cyprianū meū sententia, non tam aduersus Nouatianos, quā cæteros ad vnum omnes schis-

schismaticos, nedum hæreticos horridũ
„ intonans. Quòd eundem (inquit epist.
„ 76. ad Magnum de Nouatianis loquens
Recta S. Trinitatis fides nõ sufficit ad salutem: sed opus est tenere cõcordiam fidei, atq; Catholicæ Christi Ecclesiæ vnitatem. D. Cyprian ad Magnum.
schismaticis) quem & nos Deum Patrem, eundem filium, eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. Nam & Chore, & Dathan & Abiron cum sacerdote Aaron & Moyse eundem Deum nouerant. Pari lege & religione vnum & verum Deũm inuocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron Sacerdotem sacrificandi sibi licentiã vindicauerunt, diuinitus percussi pœnas statim pro illicitis conatibus penderunt.
O horrẽdam vocẽ in schismaticorum socios.
Quo exemplo (addit inferius) ostenditur & probatur obnoxios omnes & culpæ & pœnæ futuros, qui se schismaticis contra Præpositos & Sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint. Exierunt
1. Iohan. 2.
enim à nobis: qui si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Vnde appa
„ ret (vt est sub epistolę huius initium)
„ aduersarios Domini Antichristos om-
„ nes esse, quos constat à Charitate atque ab vnitate Ecclesiæ Catholicæ recessisse. Quòd si solum ab Ecclesiæ Catholicæ vnitate recessisse Antichristum facit, quid de ijs, obsecro, Deus bene! censen-
Antichristiani sunt qui ab vnitate Catholicæ Christi Ecclesiæ recesserunt.

ſendum, qui ſuum ab ea diſceſſum pluri- mis nouorum cùm peregrinorum, tum impiorum Dogmatum erroribus irreligioſa perfidia cumularunt? quod nunc tempeſtatis non exiguo filiorum meorum numero eueniſſe perdolenter mæſtiſsima video, idque opinionibus non minus impijs, quàm varijs. *Quid ergo qui ſchiſma, nouis cumularunt erroribus?*

Quis enim (Heu me miſeram.) tot hodie non videt fidei, ſi Chriſto placet, Confeſsiones, quot ſunt voluntates? fides ita ſcribitur vt volunt, quò ex fide fidem oppugnent. Qua pugnaci & gladiatoria, obſtinataque pertinacisſimarum voluntatum diuerſitate hoc efficitur, vt veræ fidei meæ Chriſtianæ ſuis quiſque pro viribus interitum moliatur. Dum enim ſuam quiſque doctrinam pro dei Euangelio magna cum ambitione venditat, alios ſibi aut diſſentientes, aut reluctâtes, aut deniq; nō cōſentientes pro errātibus habet, atq; perfidiæ, adeoque impietatis damnat. hac ex diuerſitate Confeſsionum fidei videtis; ni fallor, Illuſt. Principes & ſociæ Ciuitates, quàm infelici vobis ſimul & infirmo veſtra cum à me, tum à toto grege Chriſti meo Catholico diſceſsio, dirūque diſsidium nitatur fundamēto. Poſt- *CAP. 2. Vnde tot nam hodie fides et Confeſsiones. D. Hilarius lib. de Trinit. Quod fidei Cōfeſsiones edūt vt fide fidem expugnent. Diſceſsio Germanorū à Catholica Ec. inſtabili f.*

quam

quam vobis in mentē venit vestram Ca
rolo V. Augusto, Augustę offerre Con-
fessionem, alij aliarū sectarum, vestro et-
iam iudicio impiarum, Magistri vnitati
fidei meę certū exitium pariter moliētes
sibi etiā idem licere voluere, quod vobis
apud quosdā huius infælicissimi omniū
seculi homines laudi vertebatur, atque
non parū reputabatur gloriosum. Cur
enim viro Euangelico (vt alij æquè con-
fidenter, nec minus ambitiose, ac vos,
gloriantur) sui, vti persuasum habēt, Eu-
angelij nō liceat in ista perditissima rerū
omniū licentia in vulgus emittere con-
fessionē, quò liqueat omnibus quā ipse
indubiā salutis æternæ viā putat ex Euā
gelij sui norma sequendā? Istud dū vo-
bis singuli magna permittitis ambitione
imò nefaria, ne dicā impia in vnū Chri-
sti D. Euangeliū licentia, iā fides vestra
non amplius est Christiana: sed aut Au-
gustana, aut Tigurina, aut Saxonica, aut
Anglicana. Embdensem enim, aut V Ve-
saliensem, aut Argentinā aut Bremēsem,
aut alterius obscurioris nominis aliā iā
nō cōmemoro. Multæ namq; nūc scribū
tur fidei Confessiones vt nulla sit fides.
Certè dum suæ quisq; fidei Confes-
sioni vel à loco, vel ab homine, vel à cō-
uen-

D. Hilar. cōtra Constant.
Multæ scribūtur fidei cōfessiones vt nulla sit fides.

uentu imponit appellationem, non iam Christiana dicenda est, nedum Catholica: sed Antichristiana, quæ vnum illud Christi corpus quod est Ecclesia, crudeliter distrahit, truculenter dilacerat, in varia denique diriter membra dilaniat. Christiani enim esse desierunt, ait Lactantius, qui Christi nomine amisso, humana & externa vocabula induerunt. Siquidem non est Dei fides quod olim magnus ille in Arrhianos clamabat Athanasius, quæ de hominibus, Luthero, Zvvinglio, Mēnone, Osiādro, Caluino, aut alio quolibet nomen accipit. Vtinā nobis collubuisset illā D. Pauli hac tempestate cautionē sequi, Ne sint in vobis schismata: quæ cū vos Germaniæ nostræ Principes, & alijà vobis nouitio vestro in Euāgelio dissentientes tā varia feceritis, dū alij Confeßionē editis Augustanā; alij Quatuor Ciuitatum Zvvinglianā; alij Osiandrianā; alij aliam huius, aut illius loci, aut hominis; vos à mea Cōfeßione toto cęlo aberràtis Christiana. Hęc enim vna est, & eadē semper; adeoq; eadem constanter de eisdē tradens, nihil addens, nihil imminuens, denique nihil varians aut immutans.

Fides à loco, aut persona, nomen gerens est Antichristiana, quia Christi nomine amisso humanū induit.

Lactantius lib. 4. cap. 30.

D. Athanas. quæst. ad Antioch.

1. Corin. 1.

D. Ireneus. τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν.

Fides enim germanè ac verè Chri-

stiana

stiana homines in Christo regenerato suo illo almo illustrat lucis cælestis splẽdore, vnius animi facit, atque vnius sententiæ, quia ex vno fonte (ait Arnobius contra Gentiles meam agẽs causam) omnium nostrum defluunt animæ; nimirum S. Spiritus varijs charismatibus cælitus adimpletæ. Iccirco vnum, conueniensque sentimus, non moribus, sacrisque ritibus discrepamus, Deum omnes nouimus, nec quot in orbe sunt homines, sunt sententiæ totidem; neque infinita varietate discretæ. Qui verò à meo Catholici gregis cõsensu dissentientes Christianæ fidei aut derogant, aut adijciunt, aut denique variant, non iam discipulorum Christi nomine amplius veniunt censendi.

Concordia & vnitas fidei vnde Catholicis omnibus semper.

Arnob. lib. 2. contra gentiles.

Vos igitur mihi non amplius Christiani habendi estis; qui nefario fastu deserta, siue contumaciter reiecta & prophanè immutatâ mea fide Catholica; dum eius quædam temerè plus satis reprobatis; quedam æquo audacius, superbius, simul & irreligiosius illi additis; quædam sacrilegè nimis detrahitis: sed, vt Cyprianus meus & Augustinus censent, verè Antichristiani.

D. Cypria. epist. ad Magnum.
D. Aug. contra Donatist. CAP. 4.

Sicut enim nobilissimus gemmarum

Ada-

Adamas maximi est pretij, modò integer sit, purus, pellucidus, inuiolatus; sin maculosus, sublustris, sordidatus, aut violatus & rimosus, nullius æstimatur: ita fides Christiana vt sit salutaris, oportet integra sit, non impuris additorum humanæ doctrinæ fermentorum sordibus contaminata, non reiectis sanæ doctrinæ capitibus imminuta, violata, detruncata.

A simili adamantis fidem oportere esse integram, nec auctam, nec vlla sui parte diminutam.
Nazianz. orat. cōtra Arian.

Si quid adieceris, enecas; quia exsuperat fœdè, turpiterque extuberat: sin detraxeris, perdis; quia deficit, imò perit, quia nullam sui ferre queat temerariā adulterationem, siue prophanam suorū substātialium dogmatum mutationem, ne dicā sacrilegam violationē, aut exitialem vitalium suarum quasi partium detruncationem. Vtraque hac iniuria, detrahendo inquam, & addendo, vos ô mei Protestantes, in veram Christi fidē peccare, obsecro, me miseram benigne audire hoc demonstrantem paucis ne grauemini.

In Concordia vestra hoc anno 80. in lucem emissa in venerabili Sacramento S. Eucharistiæ affirmatis fol. 294. vos credere distribui sumētibus verum corpus essentialiter cum pane & vino: quæ

CAP. 5. Quod addende fidei peccant Protestantes, plurima po tiss. nouiā prī

moribus suis degenerantes. vos eadem perstare atq; immutata (vin & panem) permanere in Sacraméto illic affirmatis. Hisce tam apertis verbis, animum quæso vos, noui Protestantes, attendite, panẽ & vinũ nunc tremendo S. Eucharistiæ Sacraméto additis: quod in hac eadem Concordia vestra decimo Cófessionis articulo disertè negatis, quã
,, do profitemini fol. 5. Verum Corpus &
,, sanguinem Domini verè sub specie pa-
,, nis & vini in cæna esse præsens, ibiq; dis-
,, tribui & accipi. Si corde creditis, quod ore hic coram toto orbe disertis Cófessionis vestræ Augustanę verbis profitemini, sub specie panis verè esse verũ corpus Domini: quomodo eadem in cócordia non dubitatis asserere cũ pane & vino esse corp⁹ Dñi? Certè si sub specie panis, non igitur cum pane; qui vocabulo, specie, hoc in dogmate ex diametro opponitur. Nunc ergo fidei vestræ, immò meæ Catholicæ nouatores pistoriũ vestrũ in Sacramento Eucharistiæ panem adiungitis. Sed quis à Christianorũ memoria Orthodoxorum & Catholicorũ Patrũ vel in Oriente, vel Occidente ita sensit, credidit, docuit? An vllus Orthodoxorum patrum indubius sensit aut liquidò tradidit non mutatas panis, vini

Prima istorũ nouorum Protestantiũ repugnantia pudẽda.

Panem suum pistorium nũc S. Eucharistiæ addunt noui Protestantes contra primã sui Euangelij noui Confessionem Augustanam.

vinique substantias & naturas vnà cum domini nostri corpore ac sanguine in illis mysterijs permanere? Quod si vnus; aut fortè alter mysticè atque occultanter tantis de mysterijs, & fortasis subtilius, immò arcana fidei nostrę impijs atque prophanis dissimulans, cautiusque adeò philosophatus ita quibusdā loqui interdum videatur, hoc docendi, immo mysteria nostra impijs dissimulādi causa fit; ne Prophanis nostra prodant mysteria; sine arduæ disputationis occasione, vt magis prematur aduersarius.

Cæterùm vna est omnium concors doctrina, ex pane consecrari corpus Domini cælesti spiritus sancti virtute: vt ex aqua illis in nuptijs Euāgelicis vinū fuit factum. An non & vos ipsi, aut potius maiores vestri, qui Augustanā primam conflarunt Confessionem, ita ab orthodoxis nostris patribus pridem nobiscū concorditer eruditi profitebamini?

Degenerant noui Protestātes suis à maioribus primæ Confessionis Augustanæ authoribus.

An non agnouistis & scripsistis verā meam fidem his verbis expressam, Vnder der gestalt des brods vnd weins; sub specie panis & vini esse corpus Domini? Certè sic habet Confessio Germanica V Vittenbergę anno 31. & 61 impressa. itē Norinbergę ann. 32. V Vesalię ann. 43

Confessiō August. bifrons Carolo V. A: oblata Germānica & Latina.

In prima Confess. Augustan. & Apologia consensus fuit Protestantib. & Catholicis contra Sacramentarios de mutata vini, panisque substantia in Ven. Sacramento.

Francfordiæ anno 70. & Ienæ anno 76. in operibus Lutheri edita. Sic & Germanicam omnium primam habuisse inde liquet, quod Apologia vestra sequenti ann. 31. in lucem emissa hoc fidei dogma nititur cōtra communes nostros hostes Sacramentarios astruere; dum verba D. Cyrilli & Theophylacti, adeoque Græcanicæ Missæ atque Latinæ Ecclesiæ ore diserto recitauit. Hæc autem omnia tam Apologiæ vestræ, quàm Confessionis vestræ primæ verba tam luculenta, tam diserta aliquot noui vestri Theologi dolo malo è visceribus nouatæ vestræ Cōfessionis & Apologiæ posteà extraxerunt, & quasi cor, vnde vita fluit homini, crudelissimè euulserunt: quò maior fieret sacrilegi istius schismatis ruptura, plagaque insanabilior.

Noui protestātium Theologi adulterarunt confessionē August. & primam eius Apologiam.

CAP. 6.

Collatio Apologiæ illius primæ, anno 31. cum hac noua in codice Concordiæ anno 80.

Immò frontem, vt ait Propheta, meretriciam perfricantes audent modò iactitare folio vestræ Concordiæ 394. istum semper fuisse Confessionis Augustanæ intellectum, & sententiam. de qua falsi specie, veroque sophismate cū primis pernicioso hic cum illis mihi, pace quæso vestra, paucis agendum arbitror. Adestote igitur mihi, vos electores infælicis istius Concordiæ Architecti &

pri-

primipili Prætestantium Principum et Ciuitatum Theologi, omnium celeberrime DD. Iacobe Andræa, DD. Mscule, DD. & nuper exigui temporis Episcope Tilmanne Heshusi, DD. Chemniti, & DD. Selnekere, hanccine vestræ nouatæ fidei Confessionem Augustanam, quam de corpore Domini in sacramento cum panis substantia profitemini, adeoque nominum vestrorum subscriptione confirmatis, vultis, vos pro Apostolico fidei vestræ symbolo vna cum prima eiusdem Confessionis Apologia orbi edere, indubios suscipere? in eius ne fide iudici Christo Iesu velle vos apparere (vti varijs istius concordiæ locis exstat.) iactitare non veremini?

Apostrophe Cathol. Christi Eccl. ad primipilos Germanici nunc schismatis propugnatores.

Legamus igitur, viri Protestantium ordinum Theologi candido confer endi studio, si videbitur, Apologiam nunc à vobis in lucem editam, ac dispiciamus obiter, an huic ipsi Confessioni modò in vulgus ex Principum vestrorum Archiuis protractæ respondeat: & an hæc sit ipsissima prima Apologia, quam iactitatis in Articulum Decimum Confessionis Augustanæ in Concordiæ opere assutæ.

Quod edita modo Apologia suæmet Confeßioni Augustanæ in Codice Concordiæ aduersatur ex diametro.

Is ita habet ad verbum, sub specie pa

Verba Confessionis Augustanæ re ugnant verbis

 nis

nis verè distribui in cæna verum corpus Domini. Sic verò vestra modò ædita habet Apologia fol. 63. Decimum articulum non oppugnant aduersarij, in quo confitemur Corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi verè in cœna Domini esse præsens, & cum visibilibus rebus pane & vino dantur & accipiuntur, vti hactenus in Ecclesijs obseruatum fuit, sicuti & Canon Græcus attestatur, & Cyrillus dicit, quòd Christus nobis corporaliter porrigitur, & in cæna datur, & cæt.

Sic enim dicit, Nos non negamus, & quæ sequuntur vsque ad illud, Et loquimur de præsentia vini corporis. Hæc illic, quę consentiunt cum primæ Apologiæ verbis. Sed, Deum immortalem! quam multa hic dolo malo peccant vestri Theologi Concordiæ istius rapsodi, ô Principes & Ciuitates Protestantes, vos ipsi, vestram per salutem æternā obsecro, aduertite atq; animo attēto cōsiderate. In hac nouitia Decimi articuli declaratione multa illi vafrè dissimulāt, nō pauca infideliter variāt, plurima fraudulentissimè omittunt; quæ in vera primæ Apologię æditione exposita ad verā pacis cū Catholicis hac super controuer-

ſia,nõ poſtrema quidẽ,ſed poſt annũ 31. exorta concordiã efficaciter ſtatuendã faciant. Sic enim habet prima veſtræ apologiæ fol.Z.4.editio, Decimus articulus approbat⁹ eſt, in quo cõfitemur nos ſentire, quod in cæna Domini verè & ſubſtantialiter adſint corpus & ſanguis Chriſti,& verè exhibeantur cũ illis rebus,quę videntur,panè & vino, his qui Sacramentũ accipiunt. hanc ſententiam conſtanter defendimus re diligenter inquiſita & agitata. Cum enim Paulus dicat panẽ eſſe participationem Corporis Domini &c. ſequeretur panẽ nõ eſſe participationẽ Corporis, ſed tantũ ſpiritus Chriſti, ſi nõ adeſſet verè Corpus Domini. & cõperimus non tantũ Rom. Eccleſiã, affirmare corporalẽ præſentiam Chriſti: ſed idem & nũc ſentire, & olim ſenſiſſe Græcã Eccleſiam Id enim atteſtatur Canon Miſſę apud illos, in quo apertè orat ſacerdos, vt mutato pane ipſum corpus Chriſti fiat. & Vulgarius ſcriptor, vt nobis videtur, non ſtultus, diſertè inquit panem non tantum figuram eſſe, ſed verè in carnem mutari. Et longa ſententia eſt Cyrilli in Iohannem Capite XV. in qua docet Chriſtum corporaliter nobis exhiberi in

Verba primæ Apologiæ cõcordiam habent cura Catholicis ſuper quæſtione tranſſubſtantiationis: quã noui iſti negant Theologi.

Græci et nũc, & olim docuerunt panis naturam mutari, ait Apologia prima: quod varijs Græcorum probat teſtimonijs.

cæna. Sic enim ait, non tamen negamus rectà nos fide, charitateq; sincera Christo spiritualiter coniungi: Sed nullam nobis coniunctionis rationem secundú carnem cum illo esse, id profectò pernegamus, idque à diuinis scripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitauit Christum etiam sic vitem esse, nos verò palmites, qui vitam inde r obis acquirimus? Audi Paulum dicenté, quia omnes vnum corpus sumus in Christo, quia etsi multi sumus, vnum tamen in eo sumus. Omnes enim vno pane participamus. An fortasse putas ignotam nobis mysticæ benedictionis virtutem esse? quæ cum in nobis sit, nonne corporaliter quoque facit communicatione carnis Christi Christum in nobis habitare? Et paulo post, vnde considerandum est, non habitudine solum, quę per caritatem intelligitur, Christum in nobis esse; verum etiam participatione naturali &cæt. Hæc recitauimus, non vt hic disputationem de hac reinstitueremus. Non enim improbat hunc articulum Cæs. Maiestas, sed vt clarius etiam perspicerent, quicunque ista legent, nos defendere receptam in tota Ecclesia sententiam, quod in cæna Domini verè

&

& ſubſtantialiter adſint Corpus & ſanguis Chriſti, & verè exhibeantur cum his rebus quæ videntur pane, & vino. Et loquimur de præſentia vini Chriſti. Scimus enim quod mors ei vltra nō dominabitur. Hūc in modum diſertè fol. Z. 4. in prima veſtra legitur Apologia: quæ vna cum Confeſsione Auguſtana fuit & Latinè & Germanicè in lucem edita 4. forma VVittenbergæ Anno 31. per Georgium Rau. Hanc igitur cum nouitia veſtra Apologia nunc in Codice Concordiæ ſimul edita candido, ſi placet, conferamus animo. Primum variant illa, vbi nunc dicunt. Decimum articulum non oppugnant aduerſarij illic in prima veſtræ Confeſſ. Apologia dicunt, Decimus articulus approbatus eſt. Si quis verò tam eſt væcors, qui neſciat quid inter non oppugnare, & Approbare interſit, ſuo per nos licet fruatur iudicio, & pro leuiculo ducat; quod nos perlibenter nunc pacis ergo dabimus. Tametſi non parui ad veritatem Hiſtoriæ videatur referre: cùm alia fuerit Catholicis meis cauſa illum Decimum articulum tunc approbandi potius, quam non oppugnandi: cùm & verbis diſertis, & ſententia liquida meæ congrueret Or-

Collatio Apologiæ nouæ iſtius cum omnium prima.

Quæ variant in iſtis Apologijs.

thodoxæ doctrinæ, quod-nunc in alijs vestris nouitijs apologijs aliter habet.

1. *Omittit noua Concordiæ Apologia quod dissidentibus Christi Ecclesijs verampacat concordiam.*

Sed illud maioris est pōderis, quod mox fraudulēter omittunt vocē, quæ Catholicos meos & maiores vestros à nefarijs, vobisq; meritò exosis Sacramentarijs liquidò disterminat. Vbi enim nūc recitāt Theologi vestri, Quòd in cęna verè adsint Corpus & sanguis Domini, omittunt illam primæ Apologiæ vocē substātialiter; qua vna disertè Sacramētarij enecantur, haud aliter atq; libanetide Serpētes. Posthæc, vbi nūc dicūt vestri Theologi, vti hactenus in Ecclesijs obseruatū fuit.

2. *Hæc mutantur in noua Concordiæ Apologia.*

Habet illa prima Apologia hunc in modū, hanc sententiā constanter defen-
„ dimus re diligenter inquisita, & agitata.
„ Vbi & plura contexuntur, quæ in edita
„ nūc vestra Apologia desunt. ea nos subtexenda duximus, vt sacrilega isthæc vestrorū dolosorū Theologorū fraus toti orbi magis detegatur. Cū enim (addit illa prima) Paulus dicat panē esse participationē corporis Domini, &c. sequeretur panem non esse participationē corporis: sed tantū spiritus Christi, si non adesset verè Corpus Domini.

3. *Hæc desunt in noua Cōcordiæ Apologia: quæ Sacramētarios necabant in prima Apologia expressa.*

Ad hæc superioribus subtexuit prima Confessionis vestræ Apologia, Et compe-

perimus non tantam Rom. Eccle. affirmare corporalem præsentiam Christi: sedidem & nunc sentire, & olim sensisse Græcorum Ecclesiam. post quæ verba hic subtracta sequitur, quod nunc legitur in isthac nouata cōcordiæ Apologia licèt immutatū, Sicuti & Græcorū Canon attestatur, cū sit in prima vestra Apologia hoc modo, Id etiam testatur Canon Missę apud illos (Gręcos) ne cōsensus Latinorum & Græcorum de sacrificio missæ cuiquam suboleſceret, omiserunt vocē Missæ. Sed omissa sequentia verba grandioris sunt momēti ad sopiēdam huius rei Sacramentariæ cōtrouersiā. Sic enim ad verbū est in prima vestra Apologia. In quo (Canone Missæ Grææ) apertè orat sacerdos vt MVTATO PANE ipsum Corpus Christi fiat. Audistis ne, ô Principes, illud MVTATO PANE? intelligitis ne frauduleter hæc verba vobis subtracta? videtisne vel tandē dolo malo Theologos vestros vobiscū agere in causa Sacrosanctę Religionis Christianę? Sed sustinete paululū, obsecro; maiora hæc omnia, & apertiora fient ex subtexendis. Sequitur enim alia confirmatio fidei Catholicorum de Transsubstātiatione panis in S. Eucharistia in prima vestra Apologia. Sic enim fol. Z.4. legi-

4. *Item hæc desunt in noua Concordiæ Apologia: quæ indubiā sarciant Ecclesiarum concordiam.*

5. *Mutantur multa in noua Concordiæ Apologia.*

6. *Omissa plurima in noua cōcordiæ Apologia: quæ præsentia facillimè sopiant Religionis dissidia. Hæc fidei Catholicæ robora à cōsensu Ecclesiarum Christi Græcæ ac latinæ petita dolosè dissimulant isti pacis osores Ma. theologi.*

7. *Omissa plurima in noua Concordiæ Apologia quæ pristinam S. panis transsubstantiationem irrefragabiliter statuant: quæ exitialium istorum inter fratres dissidiorum potissima ferè nunc est causa.*

legitur. Vulgarius (volunt dicere Bulgarius, qui & Theophylactus) scriptor, vt nobis videtur non stultus, diserte inquit panem non tantum figuram esse: sed verè in carnem MVTARI. Ecquid nunc vobis animi est, ô filij mei chariss. Principes & populorũ Gubernatores? An non eadem fuit vestra tunc fides de S panis in mysterio S. Eucharistiæ trãssubstantiatione, quam Catholici mei hactenus magna constantiæ laude vbique obtinent? & toto profitentur per annos 1500. concorditer orbe Christiano? Iam quæ vlterius ex D. Cyrillo recitat Concordiæ vestræ Apologia noua, satis conueniunt cum prima. Nam quæ dissentiunt, exigui sunt momenti. Cæterum illud non est silentio prętereũdum, quod

8. *Omissa plurima in noua Concordiæ Apologia, quæ solidum Religionis consensum miseræ Germaniæ post liminio restituant.*

O magna veritatis vis!

post hæc D. Cyrilli verba dolo malo Theologi vestri in hac modò edita apologia omiserunt. Sic enim legitur in prima vestra Apologia: Hæc recitauimus non vt hic disputationem de hac re iustitueremus. Non enim improbat hunc articulum Cæsarea Maiestas. sed vt clarius etiam perspicerent quicunque ista legent nos DEFENDERE RECEPTAM IN TOTA ECCLESIA SENTENTIAM, quod in cæna Domini VERE ET SVS-

STAN-

STANTIALITER adsint Corpus & sanguis Christi, & verè exhibeantur cum his rebus, quæ videntur pane & vino.

An non hæc, vos infælices seducti gregis mei Duces, & doctores, immo si Christo meo placet, Superintendentes? an non hæc, inquam, ita ad verbum vti modò recitaui, vestra in prima leguntur Apologia? si non leguntur, me falli çon uincite, arguite, supplicijs extremis deuouete.

Apostrophe &c. ad nouos Protestātium Theologos.

Sin leguntur, quod inficias ire nullus vestrum ausit, qua igitur mente audetis istam immutatam à vobis, vestrisq; magistris, mutilatam, deprauatam, adeoq; liquido adulteratam imperitis hominibus pro vera & genuina obtrudere? qua fronte audetis istam secundam pro prima orbi venditare? Qua denique conscientia Principibus Ro. Imperij & Ciuitatum Gubernatoribus nō pudet pro germana commendare? quam ipsi vobis conscitis non esse germanam, veram, sinceram?

Quod superintendentes Protestantiū plurima contra suam agūt conscientiam vt miseros fallant, & in errore sacrilego detineant Germaniæ principes.

Si quis vobis esset Dei metus, aut gehennæ illius æternę timor, istane animo auderetis concipere? nedum tot locis affirmare, vòs cum doctrina Confessionis huius Augustanæ atque Apologiæ pri-

mæ

mæ hoc in Concordię opere illi additæ velle mori,& iudicio Christi apparere?

O deploratas vestras mentes! quæ contra sui conscientiam tam manifestè falsa nõ verētur corā Christo Iudice cardiognosta eloqui! & coram eius spiritu, q renũ scrutator atq; testis vbiq; omnib⁹ assistit, tã impudenter vana effutire!

Tuã verò doctor Heshusi, hic potiss. appello cõscientiã, si qua tibi fortè superest reliqua, an non tibi notũ, certũ atq; liquidũ est Apologiã vestrã hoc in Cõcordię opere simul editã esse deprauatã & adulteratã? meministine q̃d ante aliquot annos circiter 10. aut 12. contra Caluinũ & Bezã scripsisti libel. 8. forma edito. vbi sub finẽ multa quiritatus disertè fateris, non bono, inquis, consilio priuatim factam esse decimi illius articuli immutationẽ, in quo dicitur, Quod sub specie panis: datur corpus Domini, addens istud in generali potius cõuentu faciendũ fuisse. An ergo diffiteri queas hanc in concordię libro editam Aug. Confessionis Apologiã non esse verã? non esse primã?

Heshusio non ignota hæc fraudulenta primæ apologiæ mutatio & deprauatio: de qua libel. contra Cal. & Bezã pridẽ quiritabatur: quod nunc meminisse mendacem oportuit.

Sed hac de re vos videritis, quando cõcepta istius studij cõtra veritatẽ adeò manifestã pugnãdi pęnitẽtia (q̃ vobis deus largiatur ꝓpitius) satis sobrij ad mentẽ redieritis. Mihi verò ad Principes vestris

fraudibus delusos, ne manifestis dicam mendacijs deceptos redeat Oratio.

Ista quidē fuere, ô mei Principes et Ciuitatū optimates, in prima vestra Cōfessionis Augustanę Apologia, à qua quotnā partib⁹ noua ista vestra in Cōcordiæ Tomo Theologorū vestrorū dolo edita sit varia, quot vel bis sacrilegè mutilata, quot deniq; sentētijs verę concordiæ cōciliatorijs irrecōciliabiliter dissētanea nullo nūc licet negotio dijudicare. Videtis ipsi quā multa noui Theologi vestri Protest. isti⁹ cōcordię authores & dolosi Architecti dolo malo dissimularint, occultarint, mutilarint, vnde facilè inter nos de grauissimis fidei nostrę Christianę capitib⁹ nūc cōtrouersis cōueniat, modò verbis & doctrinis hac vestra cōcordia expressis vos met ipsi velitis stare. Si Theologi vestri hac grauissima, imo exitiali sūt vsi fraude in certissimā cū vestri ipsorū, tū lugēdę ac verè infęlicis posteritatis, vestręq; sobolis oīm charissimę perniciē hac in causa tā liquida, qd eos alibi facere cēsebitis in reb' min⁹ manifestis? *CAP. 7.*

Verbo Dei ergo, imò vestræ ipsimet Confessioni pro Euangelio Augustę Carolo V. August. exhibitæ vt nunc impiè panē adijcitis (quem nec fides agnoscit Christiana; nec vestra prima *Prophano suo pani affingunt Protestātes corpus Christi: cū nō sit cōsecratio, nisi à Sacer*

olim

dote: quę vix inter ipſos repertas nunc temporis.

olim initiò admiſit Confeſsio Auguſtana huic Concordiæ operi authenticè intexta , ſicuti & prima illa dilertis verbis excluſit Apologia) ita pani veſtro, quem in ſemipaganis veſtris Cęnis miſellæ plebeculæ proponitis, Corpus Domini mei admodum impiè affingitis. Nullus enim Chriſtianorum fateatur in S. Euchariſtia Corpus eſſe Domini niſi per diuinam Spiritusſancti operationem : qua Chriſtus Dominus ore ſui Sacerdotis nobis ſuum in S myſterijs efficit corpus. Non eſt ergo in S. Euchariſtia corp⁹ Domini niſi à ſacerdote Chriſtiano fuerit conſecrata. Sacerdotis autē officium nemo præſtare poteſt, niſi ſacris Eccleſiæ Chriſti ordinibus ſit Apoſtolico ritu per Epiſcopum conſecratus. Tales autem vos non habere, lippis & tōſoribus eſt notiſsimum, ſed de triuio, immo de piſtrino & tonſtrino allectos prophana Laici huius vel illius Superintendentis manu non conſecratos, ſed exſeratos , impiatos, prophanatos ac maledictioni æternę deuotos. Siquidem nemo ſibi ſumit honorem ſacerdotis, niſi vocatus vt Aaron. hinc melius omniū ſapiunt veſtrates Norimbergen. quos audio nullum admittere ſuę Dathanicę, ac

D. Hieron.

Hebr. 5.

ac nouæ superstitionis ministrum, nisi in Catholica mea ordinatus & consecratus fuerit sacerdos; cui cum Apostolis Christi ore dictum sit, hoc facite in mei commemorationem: Nemo enim adeò insaniat, opinor, vt aliquem Christi asserat sacerdotem, qui hoc dignitatis plus quam angelicæ aut naturaliter, aut imaginariè sit consequutus, & non legitimè ordinatus, aut Apostolicè consecratus. Hanc vnam esse causarum haud postremam cur Magistratus Nurinbergensis nobile in primis vestrorum ordinum Protestantium membrum istam bellam vestram Concordiam nec ipse approbare, nedum assumere, nec suos ministros subscribere voluerunt, nemo, qui sapiat, iuerit inficias: Quæ autem aliæ fuerint, huius non est loci inuestigare.

CAP. 8. Quod noui Protestantes veteri Cõfessioni Augustanæ & communi fidei suum exsecrandum Vbiquitatis idolum affingunt.

Cæterũ illud nouum nouorũ Theologorum vestrorum Idolum vbiquitarium; quo impiè ac nouè contra Confessionem Augustan. vobis nunc fingũt corpus Domini vbique locorum præsens, plurimis Protestantium displicere dubium fieri nequit. execranda enim sua impietate omnes piorum omnium aures contaminat, imò horribiliter excruciat, cùm audiunt eos cum damna-

tissimis semp Eutychianis docere Corpus Domini non minus esse in fæno, auena & palea, in ligno & lapide: quam in pistorio vestræ Cænę pane. Quod si verũ est, non minus verè ac realiter est in Prophano adhuc vestrorum Mysteriorum pane antè, quam post verba Euangelica vestris à ministris cantillata. Hoc si quis vestrum audet affirmare, quis vestras cæcas non deploret mentes tam manifesto istorum, vti D. Paulus appellat, Phrenopatῶn (quos mentium deceptores dixeris) fascino incantatas, ac miserè admodum delusas, ne dicam dementatas? Quis enim, cui animus istis verborum præstigijs non est præstrictus, manifestè non videat quam miserum, ac verè inane vobis fingant noui isti Theologi vestri vestra in cæna Corpus Domini, quod nõ minus equi vestri edunt vestra in auena, quam vos ipsi vestra in cæna, immò canes vestri (sit venia dicto) non minus vorant vestra in culina, quam vos in nouitia vestra pijs maioribus omnibus ignota, Deoq; exosa popina?

Si vbiq; semper est, est igitur in Protestantibus ante ipsorum cenã. Quorsũ quod habent, capiunt?

Gal. 3.

Sed exsecrabile hoc extremæ imperitiæ, ne summæ dicam in Christum blasphemiæ figmentũ quàm verbo Dei ac

ſacro-ſanctis Oecumenicis à vobiſmet hoc in Concordiæ opere probatis repugnet Concilijs, attento, vos veſtram per ſalutem obſecro, animo attendite. Chriſtum in ſepulchro requirētibus pijs illis de Euangelio mulieribus Dei angelus diſerte reſpondet. Nō eſt hic, procul dubio ſecundum corpus: qualiter requirebant illę. Quod ſi eſt vbique locorū vna cum eius diuinitate diffuſum, vti aſſeritis, non verè angelus negaſſet illic eſſe Chriſti Corpus, vbi procul dubio eius erat diuinitas. Sic die Aſſcenſionis duo illi angeli Apoſtolis teſtātur corpus Domini in cælos auectum, vnde & iuxta fidei noſtræ confeſsionem veniet iudicare. Sed ſtolidè iuxta ac impiè iſtud fieri ſibi noui veſtri imaginantur Theologi veteris meæ Theologiæ non ſatis periti: quaſi corpus Chriſti eas nactum ſit proprietates, quas alma illa & ineffabilis habet Chriſti Domini deitas. Illi quidem immortalitatem dedit, ſed naturā non ſubſtulit. Cæterum quam illi vos, immò ſe ipſi fallant miſerè, vno hic libet D. Auguſtini, cui vos fidem habere iactitatis, declarare teſtimonio. Is hac ſuper quæſtione, An Chriſtus ſit vbique, à Dardano conſultus, hiſce

Marc. 16.

Vbiquitatem repugnare Verbo Dei & SS. Concilijs; quæ Proteſtātes ſuſcipiunt.

Act. 1.

D. Augustinus epist. 57. ad Dardanũ impios istos profligat Vbiquitarios.

illi respondet verbis, illud lætissimum Latroni promissum, hodie mecum eris in paradiso, explicans, Homo quippe Christus, inquit epistola ad Dardanum 57. illo die secundum carnem in sepulchro, secundum animam in inferno futurus erat. Deus verò idem ipse Christ' vbique semper est. Est enim lux, & quæ sequuntur. Cùm enim sit Christus Deus & homo, (addit post paucula) vtrũque in illo obseruandũ est, cùm loquitur, vel cum de illo scriptura loquitur, & quod secundum quid intuendum. Nam sicut vnus Homo est anima rationalis & caro: sic & vnus Christus est verbum & Homo.

Proinde quod ad verbũ attinet, creator est Christus. omnia enim per ipsum facta sunt. Quod verò ad Hominem, creatura est Christus, factus est enim ex semine Dauid secundum carnem. & postea, Noli itaque dubitare ibi nunc esse Hominem Christum Iesum, vnde venturus est, memoriterque recole & fideliter tene Christianam Confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris: nec aliunde, quam indè venturus est ad viuos mortuosque iudicandos. Et sic veri

turus est, illa angelica voce testante, quẽadmodum ire visus est in cælum; id est in eadem carnis forma atque substantia; cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus vbique diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem adstruamus Hominis, vt veritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, vt quod in Deo est, ita sit vbiq;, vt Deus. Nam & de nobis verissima scriptura dicit, quod in illo viuimus, mouemur & sumus; nec tamen sicut ille, vbiq; sumus, sed aliter homo ille in Deo, quoniam aliter & Deus ille in homine, proprio quodam & singulari modo. Vna enim persona Deus & Homo est, & vtrũque est vnus Christus Iesus, vbique per id quod Deus est: in cęlo autem per id quod Homo. Quibus ex aureis D. Aurelij August. verbis pio ac veritatis studioso lectori solis luce est manifestius quanta noui isti Protestantium Theologi præclaræ huius concordiæ Architecti veræ ac veteris Theologiæ Christianæ laborent imperitia, fædaq; ignorantia, qui naturarum in Dom. Christo nequeunt distinguere proprietates: sed à se docti, ac ideò suo raptati vertiginis

ſpiritu corpus humanum diuinis temerè perinde ac ſtolidè contra Dei oracula conantur dotibus exornare. Hoc enim dum impij moliuntur, in abominãdam ſeſe dant miſeri præcipites naturarum duarum in Dom. Chriſto permiſtionem, aut Eutychianam confuſionem. Nunc igitur videte, vos veſtram per ſalutem ęternam obſecro, Principes & populorum gubernatores, quam indignè veſtris abutantur ingenijs, quos tantorum myſteriorum norunt minus æquo peritos, aut in hac grauiſsima S. Theologiæ quęſtione parum verſatos. Prodigioſa, & Chriſtianis auribus ſemper inaudita iſthæc ſacro ſancti corporis Chriſti vbiquitas nuſquam inueniat locum, modò vos veſtris fidem habetis ſymbolis veſtro hoc in Concordiæ opere approbatis, immo pro fidei fundamento ſtratis. In Athanaſiano enim profitemini vos credere Do. Chriſtum Patre minorem eſſe ſecundum Humanitatem, ſiue naturam hominis aſſumtam. At ſi iuxta nouum aliquot Theologorum veſtrorum commentum eſt humanum Chriſti Do. corpus vbique; iam non eſt Patre Chriſtus ſecũdum corpus minor: ſed æqualis; cũ vbiquitas ſolius diuinitatis

Vbiquitas imperitorum iſtorum nouorum Theologorũ filia, monſtrum que horrendũ, ingens.

Vbiquitatem repugnare Symbolis à Proteſtantib⁹ ſuſceptis.

tatis ſit propria, quæ humano corpori communicari nequit, niſi mutata, & aliam in ſubſtantiam transformata humanæ eſſentiæ natura. Hęc enim in ſua forma verè non poteſt exiſtere, niſi & ſuo corpori humano etiam locus ſit, quo cõtineatur, alioqui cum impijs Manichæis fiet imaginarium, & cum ſacrilegis Eutychianis fiet horrenda illa & exſecranda duarum in Chriſto naturarum com mixtio: quam Synodus Oecumenica illa Chalcedonen. iuſto Anathemate iam olim cenſuit damnandam: A qua impietate ſacrilega veſtri aliquot Theologi quam parum abhorreant, proiecta recens in orbem loquuntur ſcripta nõ minus impia, quam Catholicis meis, imò veſtris adeò Proteſtantibus ſenioribus, atq; multò doctioribus dirum in modũ exſecranda Cũ igitur Chriſtũs Do. ſecũdum hominem creatura ſit, nec eius natura eſt per reſurrectionem immutata, non poteſt vbique eius eſſe Corpus pręſens, quod, obſtante humana ſua natura, non poteſt vbique eſſe diffuſum: ſicuti eius diuinitas vbiq; diffunditur. Imprudenter igitur (quod cauẽdum monet D. Auguſtinus) veſtri. epentini Theologi ită diuinitatẽ aſtru t Domini Chriſti,

vt corporis eius auferant veritaté: quod cũ sua obstante natura non nisi in loco sit, vbique esse non posit. Ex liquidis illis verbi Dei sententijs & luculento D. August. (vt cæteros breuitatis causa nunc omittam P P. Orthodoxos) luce meridiana liquet clarius, verum Christi Domini corpus nec vbique esse, neque vbique locorum esse posse; modò verũ, & humanum, & non imaginarium credimus ei post resurrectionem esse corpus; cui immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Qui ergo, stante corporis humani veritate, illud vbique sibi contra vestram Augustanam Confessioné temerè fingunt, aut irreligiosè contra Dei verbum imaginantur, in blasphemum impingũt damnatissimi Entychetis dogma, vt vt verbis illud detestari locis aliquot Concordiæ huius imperitis videantur. Ille namque impio suo delirio ad euertendam nefarij Nestorij blasphemiam, duas in Christo permiscebat naturas, quo vtrique asscribebat alterius proprietates, vt vbicumque esset eius deitas, etiam eius ibidem esset Humanitas, quod nouitij vestri Theologi à nouo Eutychetæ Iohan. Brentio suo seducti ad profligandos sacrilegos istos Sa-

men-

cramentarios communes hostes stolida quadam Cacozelia conantur æmulari. Impium istum errorem Orthodoxi nostri PP. in Concilio Chalcedon. disertis verbis damnarunt, atque Anathemate profligarunt. Confirmatis enim Cōciliorum Nicæni, Constantinopolitani & Ephesini decretis hunc in modū PP. 630. Chalcedone congregati definierunt. Ad cognoscendam quidem cōfirmandamq; perfectissimè pietatem &c. Beatissimos ergo sequendo Patres vnū & eundem filium confiteri Dom. Iesum Christum concordantibus omnib⁹. institutionibus docemus eundem in deitate perfectum, eundem in humanatione perfectum, Deum verè & verè Hominem &c. vnum & eundem Christum Iesum filium, Dominum, vnigenitum: quem in duabus naturis inconfuse, incōmutabiliter, indiuise atque inseparabiliter omnes agnoscimus, nunquam sublata differentia naturarum propter vnitionem: sed potius vtriusq; naturæ proprietate seruata, & in vnam concurrente personam, non in duas deductum, diuisum ve personas, sed vnum & eundē filium vnigenitum, Deum verbum, Dominum Iesum Christum, sicuti nos ab ini-

Error vbiquitariorum dãnatus in Concilio Chalcedon. Act. V. in definitione fidei.

Differentia naturarum in Christo numquam tollitur. non potest igitur humanitas æqualis esse per omnia ei⁹ diuinitati,

initio prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus instituit & paternum nobis tradidit symbolum. His igitur à nobis vndique cum omni deliberatione ac diligẽtia pariter ordinatis, decreuit sancta atque vniuersalis hæc synodus aliam fidẽ nemini licere proferre, siue conscribere, aut exponere vel sentire, vel aliter tradere.

Quid ad hæc Vbiquitarij?

Sic igitur tota obtinet hactenus Catholica Christi Ecclesia Conciliũ Calcedonen. imitata; &, si verũ Saxones scribunt, Synodus vestra Saxonica nouennium ante hanc vestram Concordiam Dresdæ 10. Octob. habita. vbi vniuersi tuarũ, Illust. Dux Augu. Academiarum & Ecclesiarum, & trium Consistoriorũ Protestantes, omnesq; Superintendẽtes, & singuli qui docent in Prouinciarum tuarum Ecclesijs, hanc in doctrinam vnanimiter consenserunt.

A Protestantium Saxonũ præiudicio Synodico anno 71. Dresdæ.

Sic enim habet illius Synodi inscriptio anno 72. VVittenbergæ apud Ioh. Luft impressa.

Inter cætera suæ fidei de Cæna domini, & articulis, inquiunt, horum temporũ controuersis capita, illic vnanimi omnium consensu ann. 71. definitum profitentur, doctrinã istius Vbiquitatis semper

Profanum & peregrinum Vbiquitatis idolum profligant Protestantes Saxones anno 71. sua in Synodo Dresdẽsi vbi & damnatũ

per fuisse Orthodoxis patribus incogni- tã, imò & à Luthero damnatam: quã in rem varia eius recitant fol. C.4.B. ex Tomo VVittenberg. 12. fol. 205. & aliunde manifestissima testimonia: quib' degeneres istos nouos Protestãtiũ Theologos, licèt inter se hac etiã super doctrina dissentientes, falsitatis cõuincunt. Addunt ijdẽ, Dux Auguste, vniuersi tui Superintendentes, vniuersi tui Academiarum tuarũ Lipsen. & VVitteb. professores doctrinã hãc Vbiquitariã, superphysica, & imaginaria, imò aiũt illi cõmenticia, verboq; Dei cõtraria in ipsis naturis cõmunicatione fundatã ingẽs Chaos impiarũ prophanationũ inuehere, adeoq; articuli de duab' in Christo naturis deprauationẽ cõtinere. Adhęc noua isthac vbiquitatis doctrina renouari cõtra Dei Ecclesiam dãnatissimas Arrhianorũ, inquiũt fol. D.2. Sabellianorũ, Eutychianorũ & Monothelitarũ Hęreses, blasphemosq; in Christũ errores. His alijsq; de causis tandẽ celeberrimi illi tota Saxonia viri definiunt sese suo suffragio non posse istã Vbiquitariorũ aliquot inter se quoque dissidentiũ doctrinã approbare, q͞a & dei verbo & vniuersali orthodoxorũ Patrũ consensui, imò & Lutheri sui doctrinæ aduersatur. Quin-

tanquam Hæreticum, & Lutheri Euãgelio contrarium.

Fol. D.3.B.

Fol. D.3.A.

Fol. D.2.

Fol. D.3.B.

Fulmen horrendum Synodi Protestantium in Vbiquitarios Hæreticos.

Quinimo suum tandem Synodicum promunt fulmen, sese omnes, inquiunt fol. vltimo, secus, quam ex suo dudum Luthero, & liquida orthodoxæ ostenderunt Ecclesiæ consensione, docẽtes improbare: nimirum quia renouant damnatissimas Eutychianorum Hereses.

Quòd omnes Professores et Superintēdentes Saxones anno 71 damnarunt in Synodo, nunc noui Protestantium Theologi pro vero approbant Euangelio.

Si hos igitur nouæ Vbiquitatis magistros vniuersi tui, Illustrissime Dux Auguste, Academiarum tuarum professores, vniuersi Ecclesiarum tuarũ Superintendentes, & singuli tuis in regionibus docentes ante nouennium anno videlicet LXXI. suo sese suffragio negant posse approbare; immò disertis verbis testantur sese illos improbare, atque veluti Hæreseos Eutychianæ nouatores damnare: quanam ratione tibi persuadeas, obsecro, quosdam ipsorum & Superindentes, & professores, & pastores nunc demum tibi veritatem post annos nouem exposuisse apostolicam; doctrinamque nunc tandem anno 80. ita subitò aperuisse Euangelicam? An modò sui Lutheri sunt obliti, quem illic ex Tomo 12. Vittenbergen. fol. 205. recitarunt? An consensus ille præclarus Orthodoxorum Patrum, totiusque adeò Eccle-

Vbiquitarios degeneres esse Lutheranos, qui suo Luthere pugnantia docent.

Fol. C. 4. B.

Fol. D. 5.

ſiæ Orthodoxæ, quem tantopere illic prædicant, memoria tota excidit? an mẽte capti non meminere prophanam & peregrinam, quod tunc aſſerebant, eſſe Vbiquitariorum doctrinam; quam Lutherus tam diſerte docet vitandã & pręcidendam? An ſui prorſus immemores nũc ſuæ manus ſubſcriptione priuatim audent profiteri, quod in iactata illa tua Synodo Dreſdenſi anno. 71. 10. Octobris tam vnanimi, vt in libelli frontiſpicio iactitant, conſenſu fuit ab vniuerſis & ſingulis Synodaliter definitum? Vides ergo Illuſtriſ. Dux Auguſte, tuos & Superintendentes, & Profeſſores & Ecclesiarum doctores te fefelliſſe aut in Synodo Dreſdenſi anno 71. celebrata: aut in opere iſto Concordię anno 80. tumultuariè, doloque malo & ſophiſticè accumulato.

Dilemma nouos Proteſtantium Theologos manifeſtæ fraudis atque impiæ liquidò conuincit falſitatis.

Sed quia prius quod verum eſt, oritur; Deinde falſo corrumpitur & deprauatur, Concordia veſtra anno 80. in lucem doloſe protracta de veritate meritò eſt ſuſpecta: quod & plurimi profitentur, qui nondum induci potuere, vt in iſtam impiam Vbiquitatis doctrinam cõſentirent, quippe quæ nouum & hactenus inauditum antiquæ fidei Chriſtia-

nǽ

næ admodum ſtolidè, imò impiè adſueret articulum.

CAP. 9. Sed nunc ad cætera veſtra nouatæ fidei impia auctaria tranſeat oratio.

Quod Baptiſatis Proteſtantes contra Dei verbum affingunt peccatū in anima perſiſtens.

Pari prorſus impietate ſacro ſancto Baptiſmo Chriſtiano veſtrum affingitis peccatum; quum vera & Apoſtolica Chriſti fides ſemper docuerit in S. Baptiſmo peccatum omne ablui, aboleri, tolli; & ita prorſus deleri, vt non ſit.

1. Cor. 6. Verè namquam D. Paulus Corinthijs meis & renatis in Chriſto ad vnum omnibus illum gratulatorium accinit hymnum, fuiſtis quidem fornicarij, adulteri, molles, auari, fures, ebrioſi, atque rapaces: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis; ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti & in ſpiritu Dei noſtri.

D. Hierô. contra Pelag. Si hæc fuerant, non igitur iam erant fures, non raptores, non adulteri, non iam denique iniqui, aut iniuſti: quibus Chriſtus ſuo ſanguine ablutis omnem peccatorum culpam remiſerat, maculas eluerat, reatum omnem ſemel condonauerat, peccatū vniuerſum eliminarat, eradicarat, exſtirparat. Nihil enim damnationis nunc eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambu-

Ephes. 5.
Apocal. 1.
Rom. 8.

lant

lant, sed eius spiritu facta carnis mortificant, eiusq; impuris minimè obediũt cupiditatibus, ita vt non regnet peccatum in eis, hi namque donata Christi iustitia, eiusque spiritus cælestis cõmunione verè sunt iusti: etsi nõ perfectè, tamẽ verè iusti, ita vt in eis recens baptisatis *Iohan. 13.* nihil sit, quod possit Dei iustitia condemnare. Qui enim lotus est, ait veri- *D. Hiero. cõtra Pelag.* tatis magister Christus, non opus habet vt lauetur, sed est mundus totus.

Si quidem fide in Christum iustificati, sacramento Christi à peccatis expurgati, denique Spiritu Christi sanctificati sunt iam facti filij Dei, conformes imaginis filij eius. Si filij, ergo & diuino *Rom. 8.* illo Christi spiritu, qui non habitat in *Act. 15.* corpore peccatis subdito, præditi: vnde *Galá. 4.* & Hæredes Dei & Cohęredes Christi. *Roma. 8.* Istum in modum in cælestia Dom. Chri *Sap. 1.* sti sacramenta, immò in pretiosissimum eius sanguinem per illa nos emundantem & sanctificantẽ iniurios fuisse adeò *CAP. 10.* nõ pænitet; vt & in Christũ ipsum audea *Quòd verbo Dei Protestãtes impie addũt, quãdo, vt pro se oret, inuocant Christũ: quod nusquã legitur.* tis irreligiosam cõfingere contumeliã.

Illam enim hic dissimulare diutius nequeo iniuriam, dicã, an cõtumeliã, an potius irreligiosam blasphemiam? qua Christũ Dominũ Deum nostrum irre-

ueren.

uerétia summa in ordinem Sanctorum imprudentes redigitis, quando eum inuocantes cantillatis, Eia ergo aduocate noster ora pro nobis Deum! Quænam isthæc, quæso, vestra est temeritas? quænam, obsecro, inaudita isthęc à Christianorum memoria in Dom. Deum Christum irreligiositas? An vllum istius inuocationis in verbo Dei reperitis testimonium? an vllum Orthodoxorum Patrum huius faciundi vobis est exemplum? An non potius ex Nestorianismo quodam istud est vobis ortum? Sed hoc alibi veniet discutiendum copiosius. In præsentiarum volui tantum irreligiosæ vestrę vos admonere inuocationis: quia certa cum Christi Domini contumelia est coniuncta. Iudex enim viuorum & mortuorum cùm sit à Deo Patre constitutus, non potest citra suæ dignitatis iniuriam ad inferiores supplicantis clientuli partes à vobis detrahi, aut deturbari potius, sine verbi Dei testimonio. Vbinam Scripturarum, quæso, illud reperiatur Canticum, quod vestra ex doctrina noua profectum tota Germania in Christum reboat blasphema? Eia ergo aduocate noster clementissime ora pro nobis Deum! quo modo exstat impressum

Ex absurdo et Prophano, quòd iudicem omnium faciunt reorum supplicem Clientulum.

ſum in nouis Agendis Laicarum Ec-clesiarum Saxoniæ, Brandeburgen. & a-lijs. Verum quanta iſtud Canticum ve-ſtrum, ô vos Proteſtantes, ſcateat irre-ligioſitate, attenti, obſecro, conſiderem. Qui Chriſtum ad dexteram Dei ſeden-tem inuocat, vt pro ſe Patrem oret, eum non recogitat ſemiſtupidus eſſe à Deo Patre conſtitutum viuorum & mortuorum iudicem. Non eſt autem tanti ac tã eximij iudicis, qui ad dexteram Maieſtatis Dei ſedet in gloria Dei Patris, ſeſe alteri ſupplicem præbere: ſed ſuo pro officio reis ius dicere capitale. Omne autem iudicium pater dedit filio: imò Pater omnia dedit in manu eius; ita vt Pater modò non iudicet quenquam; ſed ſolus filius. Hoc ſingulare iudicis Chriſti officiũ, verumq; priuilegiũ & prærogatiuũ magna cum primis afficitur iniuria & graui lęditur contumelia, quãdo ei, cuius eſt reos vniuerſos iudicare, perſonã ſupplicantis pro reis clientulis affingitis. Non poteſt igitur Chriſto iudici vniuerſorum, tam Hominum, quàm Angelorum, talis citra atrocem donatæ ipſi à Patre dignitatis contumeliam tribui oratio, Chriſte aduocate noſter ora pro nobis! Hoc enim ſupplicis, vel pro alijs o-

Vide Agendã Saxonum, et aliorum. Catechiſ. Lutheri Græcũ Latinum, ἱκετικῶς Supplicatorſis pro nobis.

Ab officio Chriſti & iudicaria eius in omnes poteſtate.

Iohan. 5.

rantis officium persona Christi vniuersorum iudicis est indignum: immò cum iudicaria potestate Christo à Deo Patre in peccatores donata pugnat. Non enim deceat iudicem, qui omnia in mera sua habet potestate, ac suo vnius pro arbitrio de diuinarum legum transgressoribus debet decernere, alteri pro suis reis absoluendis, aut in gratiam recipiendis supplicem fieri, nedum pro eis quenquam suppliciter orare.

CAP. II. Quod pijs vbique omnibus, semper ista Christi inuocatio fuit ignota et Ecclesiæ inusitata.

Vnde hæc nouitia oratio semper Christianis vbiq; omnibus ignota fuit, neque poteste a, quod dixi, aut verbi Dei doctrina statui, aut idoneis orthodoxorum PP. testimonijs comprobari. Sed vt nouator vester Lutherus piam SS. inuocationem paulatim tolleret (licet alicubi, vt varium decuit Cameleontem, eam probare verbis fuerit visus) fictitiam hanc orationem, &, vt meus appellat Paulus, ἐθελοθρησκείαν, voluntarium & cōmenticium Dei cultum, in vestras inuexit Ecclesias. Qui si D. Christum mecū rectè satis ac plenè iuxta Dei verbum habuisset sibi cognitum, irreligiosam istam nunquam in Christianorum Ecclesias mystagogus temerarius introduxisset orationem. Si quidem ea

Vide Apologeticum Lindani.

Origo eius ex vera Christi ignorantia: qua Lutherus laborauit.

Ne-

Neſtorianiſmum plus ſatis ſapere à doctis & pijs rectè conuincitur: quia cæleſtem dignitatem Chriſto Ieſu tanquam homini poſt aſſcenſionem à Deo Patre datam ſacrilegè imminuit. Cum enim Homo Chriſtus hanc omnia cum gubernādi, tum iudicandi acceperit à Deo Patre poteſtatem, eam non poteſt ne ad tempus quidem deponere: multo minus ab Hominibus ei derogari, niſi ratione aliqua ex ſacrilegis impij Neſtorij ſophiſmatibus ducta. Is enim vt diſtinguebat impius in Chriſto cum duabus naturis duas item perſonas: ita & officia eius diuerſa in diuerſis vocabulis voluit diſtinguenda. Vnde ſicut impiè negabat B. Virginem appellandam θεοτόκον, Dei genitricē: ita χριστοτόκον Chriſti genitricem dicendam contendebat. Hoc ex fonte infernali iſthæc fluxit veſtra oratio, qua Chriſtum non rectè inuocatis, vt pro vobis patrem oret: quem Deus Pater vobis conſtituit iudicem, veſtræque ſalutis arbitrum ſingularem.

Ortam è ſeeȝ Neſtorij in Chriſtum blaſphemijs nouitiam Chriſti De inuocationem, vt pro ipſis oret.

Porrò Lutherus veſter ipſe inficiari non potuit ſeſe hoc dogma Neſtorij ſatis cognouiſſe, vt qui hoc Concilium Epheſinum, inquit libro de Concilijs,

Neſtorizat Lutherus varijs locis.

nondum intelligebat. hinc ſuo ad Hebræos Comment. diſerte negat Chriſtum eſſe hominem omnipotentem.

Rurſus concione Dominicę poſt Epiphaniã audebat baſphemare Chriſtũ hominem ab initio Conceptionis non fuiſſe plenum gratia: ſed cum tempore ait accreuiſſe illi gratias Dei.

Hoc ex venenato fonte videritis vos; ô mei Principes & Ciuitatum Gubernatores, an non illa defluxerint loca, quibus Lutherus, conuertendis, vultis dicam, an peruertendis, ſacroſanctum Dei verbum inter cætera hic non commemoranda deprauauit. vt Eſa. 7. vbi pro Deus fortis, reddidit cũ Aquila, Symmacho, Theodotione, alijsq; Iudaizantib⁹ Lutherus Iudaizans, Ein Son/ Rath/ Krafft/ Held/ Gygas, Heros & vir inuictus, veritus, vt meus ait Hiero. cum illis Iudaizantibus puero Emanueli deitatem tribuere, quam tamen veteres omnes Iudæi & LXXII. illi prophetici ac eruditiſsimi omnium interpretes, & alij ei tribuerũt. Sic Pſal. 8. minuiſti eum paulo minus ab Angelis, Lutherus Iudaizãs expreſsit deprauata nouitiorum Iudęorum exemplaria ſequutus, Du wirſt in laſſen ein kleine zeit von Gott verlaſſen ſein;

Loca ſcripturarum à Luthero contra diuinã Christi Do. Maieſtatem adulterata.

Eſa. 7.

1\. *El. Deus, Luther. deprauat in Heldt Gygas, & Heros.*

2\. *Pſal. 8.*

ſcin. Sines eum pauco tempore à Deo derelictum eſſe, non enim fuit à Deo de relictus: ſed, vt Paulus meus iuxta antiquam veritatem Hebraicam vetuſtiſsimis olim libris conſeruatam docet, ab Angelis diminutus, & infra eorum dignitatem ad quoddam tempus deiectus, vt ſua nos ſuperbos homines humilitate in cælos ſublimaret, & ipſe omnium iudex, gubernator, Rex omnibus omnino rebus cũ gubernandis, tum iudicãdis ſingulari cũ prorogatiua præficeretur. *Heb. 2.*

Hac enim eximia iudicandi atq; gubernandi omnia poteſtate ornatus à Patre fuit, cum die victricis Reſurrectionis ipſi à mortuis rediuiuo dixit, tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorũ עמך נד בוה imme cha neda vuth, ἡ ἀρχὴ, tecum imperium, quale eſt Archontum; quibus iuſtitiæ adminiſtratio eſt credita: vnde apud Eſa. Archon & Legifer noſter appellatur: quæ ſingularis dignitas Chriſto contigit die virtutis τῆς δυνάμεως glorioſæ illius victoriæ: qua ſibi & mortem, & Sathanam ſubiugauit, in ſplendoribus & illuſtribus rebus ſanctorum τῶν ἁγίων, quod eſt illud Sanctum Sanctorum, ſiue corpus eius ſacroſanctum typico illo diuini

Pſal. 109. explicatus, qui D. Chriſti tuetur nobis diuinitatem, & eximiam humanitatis dignitatem.

Chriſtus Archon & Legifer noſter apud Eſa. iuxta 70.

In ſplendoribus Sãctorũ, ſiue corporis glorioſi iam rediuiui: quod typo illius loci

qui Sancta Sanctorum vocabatur, fuit præfiguratum. uini Templi, qui dicebatur Sancta Sanctorum, loco præfiguratum. Hoc diuini Prophetę oraculum similiter Lutherus vester Iudaizans ita peruertit. Post quã *Iudaizat perspicuè Lutherus Psal. 109.* victoriam populus tuus tibi spontaneus offeret in sanctorum cultu: filij tui *Arrhianis fauens.* nascentur tibi, vt ros ex aurora. Quam hic suauiter suo in sinu rident vestri Arrhianizantes, Illyricani & similis farinæ colluuies: quòd Christo illam ex vtero ante Luciferum generationem vestro ab Apostolo Luthero vident sublatam? Quid verò vester iste Apostolus monstrosa sua peruersione sibi voluerit, ipsi videritis. Ego meis cum Catholicis filijs nihil præter sponsi mei æternam hic agnosco ex Patre generationem & diuinam omnium ei collatam esse iudicandi facultatem.

3. Eodem spectat quod 1. Timoth. 3. *1. Tim. 3.* Macedonium huius loci falsarium & sacrilegum deprauatorem sequutus, vbi legitur, Quod manifestatum est in carne, Lutherus peruertendo reddidit; Deus manifestatus est in carne. Hanc vnam ob corruptelam Macedonium Cõstantinopolitanum Episcopum testatur Liberatus Archidia. Cartaginien. suo in Breuiario ab A. Anastasio in exilium

fuisse

fuisse exturbatum. Rursus singulare illud Do. Christi Iesu encomion, Quoniam Christus est veritas, contra fidem omnium vetustissimorum codicum Latinorum audet peruertere, Quod spiritus est veritas. 4. 1. Iohan. 4.

Illud verò sacrosanctæ Trinitatis testimonium Arrhianis valde exosum audebat Lutherus quoque cum Arrhianis S. Scripturæ subtrahere, Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt. Sed ex diuerticulo, quod loca diuinam Christi Maiestatem obscurantia à Luthero imperitis obiecta complectitur, in viam redeat oratio: Cùm igitur Dom. Christus à Deo Patre singularem istam acceperit iudiciarij honoris prærogatiuam, vt omnium sit Dominus, teste Diuo Petro, & vniuersorum iudex constitutus, vt dominetur, imperiumque suos in Hostes paulatim subiugandos magis ac magis exerceat, summè contumeliosa ipsi censenda est isthæc nouitia Christi Domini inuocatio. Cacozelia procul dubio quadam periculosa, & præpostero quodam imitandi studio Principes laboratis, dũ Christum inuocatis, vt pro vobis 5. 1. Iohan. 4. *Finita Ecbasi redit ad irreligiosam orationem Protestantium.* *Actor. 10.* *Psal. 109.*

Patrem oret. Sic enim ipsum non religio se suo deturbatis ordine, dum indignas partes, quæ hominum aut angelorum sunt propriæ; ipsi Dom. Christo irreligioso cultu imponitis. Saluator vester est, Iudex vester est, æternæ salutis arbiter est à Deo Patre semel constitutus, postquam illud tabernaculum non manufactum suo cum æternę propitiationis sanguine ingressus est, vt repropitiet delicta populi sui, semper apparens vultui Dei pro nobis, tanquam iustum sui sanguinis pretium nostram exigens salutē, & quæ ad illam nobis cōciliandam vllo vnquam pacto conducāt. Vnde ad supplicandi Deo Patri pro vobis officium non potest nisi manifesta cum ipsius cōtumelia, certaque in ipsum irreligiositate inuocari.

Heb. 9.

Quòd hæc noua Christi inuocatio fiduciam verè Christianā de Patris clementia per Christum impetranda minuit & extennat.

Quam Christi Domini nostri contumeliam in primis atrocem sanè, si vos Principes & Ciuitatum gubernatores nondum satis perspiçuè agnoscitis, agite, dispiciamus, obsecro, Christi Domini inuocato auxilio, quam ingenti vos ipsi, & pios omnes detrimento fiduciæ ipsa re Christianæ afficiatis, dum eum vt patri pro vobis supplicet, inuocandum irreligiosę habetis persuasum. Christiana

na fides docet Christum nos ad Patrē, vti Paulus ait, introducere, εἰσάγεσθαι, in tus adducere in illa cælestia, nimirum interiora velaminis: quæ Mosaico illo syparo atque Typico Templi Salamonici velo præfigurabātur. Ad Deū patrē nostrum igitur nobis etiam post reconciliationem non est accessus, nisi duce, immò introductore ac vero mystagogo Christo Iesu; qui nobis Deum Patrem placauit, suoque sanguine reddidit propitium & pacatum. Ne in istam incideremus vnquam desideratæ propitiationis, aut clementiæ à Patre per Christum impetrandæ diffidentiam, siue ambiguā dubitationem, ipse Christus Dominus nos cautè præmonuisse, immò contra istam vestram ipsius, vt pro vobis oret, inuocationem prouidè admodum præmunijsse videtur.

Heb. 10.

Christus nos ad Patrem introducit vt audeamus libere ipsum accedere post reconciliationē.

A promisso Christi vltroneo; cui illa repugnat inuocādi formula.

Ait enim apud Iohan. in cælos propediem rediturus, In nomine meo petetis, „ & non dico vobis, quia ego rogabo Pa- „ trem de vobis. „ Quod igitur Christus Apostolis se facturum in cælis negat, tunè audebis Homo Christiane ab illo flagitare vt faciat? Tune illi officium pro te Patrem rogandi temerarius audebis cōmendare, precibusq; publicis ab eo con-

Iohan. 16.

tendere vt pro te oret, qui se non oraturum pro te, sed omnia largiturum, & factur um tibi tam disertis verbis affirmare fuit dignatus?

Si vobis causa huius negatę pro vobis orationis esset vel per transennam nota, procul dubio peregrinã istã Christi inuocandi formulam meis cum Catholicis filijs ex animo detestaremini. Non rogabo de vobis Patrem, inquit. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Satis ergo sit nobis verbũ Christi quod pro nobis nõ rogabit patrẽ: quo fisi nos Patri nostro per Christum reconciliatorem nostras fundamus preces, piasq; per Christum illi offeramus supplicationes. Illa enim nouitia vestra Christi, vt pro vobis patrẽ oret, inuocatio non solũ donatæ ipsi repugnat dignitati, qua omniũ est compos, & gubernat omnia: sed eius derogat etiam personæ, quam apud Deũ Patrem nunc sustinet; cui omne iudiciũ ita semel est traditum vt Pater iudicet nullum. Eadem ad supplicandũ pro vobis Patri vestra Do. Christi inuocatio, illi Euangelico reclamat etiam promisso, Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, ipse dabit vobis. Qua diuina pro-

A formula inuocandi Patris à Christo præscripta nobis.

Iohan.16.

promiſsione formulam nobis petendi, precandi, aut ſalutariter Deo Patri ſupplicandi præſcripſit: nimirũ vt nos Deo Patri magna cum fiducia ſupplicemus in nomine filij ſui vnigeniti Chriſti Ieſu. Si ergo Chriſtus docet ac iubet vt nos per filium rogemus & poſtulemus Patrem, non vult nos ipſum inuocare, vt pro nobis ſupplex Deum oret: cùm omnia iam nunc ei in manu ſint tradita; & certum teneamus promiſſum nos noſtra impetraturos interpellatione, humilique ſupplicatione, quidquid petierimus, aut rogauerimus, modò in filij nomine magna, firmaque fide Patrem puſtulemus. Quod procul dubio exorabimus, lætique certè impetrabimus, illud tantum diuini Prophetæ monitum ſedulò cauentes, Iniquitatem ſi aſpexero in corde meo, non exaudiet Dominus. Proinde omnis noſtra fiducia, & ad Patrem Cæleſtem poſt condonatas prioris vitæ offenſas ingrediendi confidentia vno in Chriſto Ieſu ſita eſt, ita vt nobis ipſis meritò ſemper diffidamus, quotquot iſthoc mortali, immò tetrico vitioſæ carnis carcere bis ter miſerè incluſi ad puriſsimam illam, ipſiſque adeò ſanctiſsimis Angelis tre-

Pſal. 65.

Quanta cum reuerentia & tremore ad Deum accedendum.

Heb. 5.

tremendam Dei Maiestatem paramus accedere. Hic si meritò trepidamus, & iusta pro reuerentia tantum non obstupescimus, quænam, obsecro, erit nobis ad Deum illum spirituum iudicem accedendi fiducia? quænam nobis est Parrhesia Paulina? quænam denique animi solida intrepiditas, si iuxta nouitium vestrum humanæ doctrinæ commentum animus Christianus persuasum sibi habeat opus adhuc esse quotidiana pro nobis Christi supplicatione apud Deum Patrem, vt nos exaudiat? vt nobis sit propitius? vt nostri misereatur? Si suo sanguine nondum nobis placauit Patrem, sed noua ei opus est pro nobis supplicatione; non est fidelis pontifex nobis factus; non est plenus reconciliator; non est denique perfectus propitiator: cum non plenè, sed imperfectè iam cælos pro nobis, tanquam æternas nobis sedes parare ingressus, nos Patri reconciliauit pretioso sui sanguinis pretio, quod quotidiano supplicationum nouarum (vt vos quidem sentitis) adhuc indiget auctario. Quid? si Dom. Christus patrem orare supplex pro vobis debet, non iam exauditus est: quod tamen D. Paulus nō dubitat affirmare. Si vestra igitur do-

Ex absurdo et inutili. Si opus est quotidiana Christi pro nobis apud Patrem supplicatione, magnum fiduciæ nostræ obijcitur impedimentum.

Heb 10.

1. Iohan. 2.

Heb. 5.

ctrina isthæc nouitia vera est, hoc sane argumento debilior infirmiorum fratrum conscientia non leuiter turbetur, ne dicam exitialiter percellatur, ac in teterrimum adeò execrandæ Apostasiæ præcipitetur baratrum. Videt enim isthac vestra ex doctrina semiplenam, aut saltem imperfectam Christo vnico humani generis reconciliatori tribui recõciliationem: quæ noua quotidie supplicatione pro vobis fundenda, & vt à Patre pro vobis recõciliandis exaudiatur, habet opus. Hoc verò scandalum contra plenam, solidam, & efficacem Christi Iesu D.N. pacificationem, plenamq; ac veram cum Deo Patre reconciliationem apud meos filios Catholicos non inuenit locum. Rectius vos in reliquijs Sacrificij mei irreligiosè vobis conseruatis mecum Dom. Christum vt Deum inuocatis, orantes Kyrie eleeson! Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis! Si potest Christus vestris peccatis misereri, atque ea iure suo & authoritate sua propria remittere, quod illa sonat oratio; iniuria fit sanè haud leuis diuinæ ipsius potestati, & incomparabili iudiciariç ipsius dignitati, vt supplex à Patre vobis petat veniam. Similiter canitis

Ab impio.

Hac inuocatione Christi occasionē dari infirmis Apostasiæ à fide Christi: quod videatur imperfectus recõciliator; cui est pro nobis quotidie supplicandum apud Deũ patrem.

A Repugnãtibus.

Protestantes in reliquijs suæ Missæ cõtrarium faciunt huic noui tiæ suæ inuocationi.

nitis, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem! Si eius in manu est pacem vobis donare, veramque patris reconciliationem vnà cum scelerũ, etsi grauissimorum, venia peccatoribus largiri, vt potest procul dubio; non citra diuinæ huius facultatis, & donatæ à Patre potestatis blasphemiam, Christum rogatis vt suppliciter ipsam vobis demissè orando, aut humiliter supplicando à Patre impetret: cùm largiendi ab ipso iã pridem habeat potestatem. Sic in mutilata vestrà Litania semi-christiana ipsũ rectè vt & mei filij Catholici inuocatis, Christe audi nos! Christe exaudi nos! Est enim fidelis pótifex nobis factus & misericors. Si vera fide creditis ipsum vos posse exaudire, omniaque largiri, quæ vobis sint ad salutem illam æternã conciliandam salutaria, siue opportuna, magni est erroris, ne flagitiosæ dicam impietatis, & nefariæ potius irreligiositatis ipsum vobis sine Dei verbo fingere Deo Patri supplicantem, vt vos exaudiamini, votorumque à Deo Patre efficiamini compotes. Ipsè namque sua in manu habet (quod hæc vestra nobiscũ communis sonat ac profitetur inuocatio) vt ipse vos exaudiat, omnibusq; saluta-

Vide D. Gregor. Nazianzenũ orat. quarta de Spiritu sancto.

Heb. 5.

Ab irreconciliabili.

Quòd hæc Christi ad sup

lutariter ſuo pro nomine vos cumulet bonis, quæ veſtræ ſalutis æterno bono queant vllo modo códucere. Hinc rectè vno canimus ore ad Chriſtū, ſuſcipe deprecationē noſtrā! vt eā quaſi noſter pótifex fidelis Deo Patri offerat nobis peccatorū veniā impetraturus; imò ſua pro functione nobis eandē largitur. Porrò ne quid vobis hac ſuper doctrina reſideat ſcrupuli, illum fidei veſtræ articulum attento, precor, animo conſiderate, quo vos credere profitemini, Chriſtum ſedere ad dexteram Patris. Si ergo Chriſtus Homo eſt Maieſtate Do. Deo Patri ſuo æqualis (eſt enim Deus & Homo) non poteſt Deus Homo nunc Deo Patri ſupplex fieri, vt orando aliquid vobis petat: qui omnia, vt omnium Archon, arbiter, atque ſingularis iudex gubernat, largitur, diſpenſat pro ſuo vnius iure atque arbitrio: cui & cælum & inferi, & terra cum ſuis omnibus humili famulantur obſequio.

plicandū inuocatio pugnat cum articulo fidei proteſtātium, ſedet ad dexteram Patris.

A neceſſario.

Qui firma in Chriſtum fide perſuaſum habet ipſum poſt abſolutā ſuæ Legationis ac noſtri reconciliationis cum Deo Patre functionem, an auſit illum vnigenitum Dei filium, primo geni-

A pari gloria filio Dei communicata.
Rom. 5.
Apocal. 1.

genitum ex mortuis, tenentem claues mortis & inferni, tanta nũc gloria coronatum, cælis excelſiorem factum, & ſupra omnia conſtitutum, Deo Patri ſupplicem facere, quem D. Eſaias, teſte Iohan. Apoſtolo Theologo (vbi vidiſſet eius gloriam Patri æqualem, eiuſdē honoris & ſummæ dignitatis) docet ab illis puriſſ. Spiritibus Cherubim & Seraphim adoratũ? & diuino illo Trishagij hymno cohoneſtatum? atque communi laude cum Patre honoratum? Eundem porrò honorem Angelos ad vnum omnes Chriſto Dom. poſt abſolutum humanæ reconciliationis myſteriũ exhibere D. Paulus ex Dauidis pſalmo demonſtrat ad Hebræos epiſtola, illud recitans, *Et adorent eum omnes Angeli eius.* vnde liquidò euincitur Chriſtum Hominem Angelis omnibus maiorem, & excellentiorem: cui etiam vel ipſa congruat vniuerſorum Angelorum adoratio. Ea verò non ex naturali dignitate homini Chriſto impenditur: ſed ex ſingulari meritorum ſuorum præſtantia. qua ſe ipſe humilians, patrisque voluntati demiſſe ſubijciens ignominioſiſſ. illam diræ crucis noſtri cauſſa ſuſtinuit mortē: quā gloriam iſtam incõparabilem ſibi meruit

Heb. 3. Pſal. 8.

Eſai. 6. Iohan. 12.

A communi adoratione Angelorum in illo Prophetico Trishagio.

Ab honore pari ab Angelis Chriſto homini exhibēdo: quem Deo patri debitum præſtant.

Heb. 1. Pſal.

Cantico Moſaico ſecundum 70.

Philip. 3.

ruit. Hac enim de causa, D. Paulo teste, ipsum Deus Pater ita exaltauit, atque supra homines, ipsosque adeò angelos omnes sublimauit, vt ad tremendum iuxtà ac honorificum eius nomen contremiscant omnia, paueant omnia, trepident omnia, genu flectant omnia. Siquidem Honor iste homini Christo, quo post funestam acerbiss. Crucis ignominiam est à Deo Patre coronatus, ex diuina ei contigit dignatione; qua propter vnionem Hypostaticam est præditus. *Psal. 91.* *Psal. 8.*

Ex eodem diuini honoris Homini Christo diuinitus communicati fonte manat, quòd ipsum in cælesti throno sedentem adorant illi XXIIII. seniores, ipsi phialas illas suauissimorum aromatum, quæ sunt orationes Sanctorum, plenas offerentes: vt eas nimirum tanquam summus Hominum sacerdos, & vnicus mediator, singularisque aduocatus Deo Patri offerat, & nostræ salutis studiosissimus repræsentet: quò in ipsius gratiam reportemus benignam Dei Patris clementiam, paternam impetremus veniam, liberalemque votorum nostrorum accipiamus largitionem. *Apoc. 5.*

Talem cùm nobis firma fide credatis contigisse summum sacerdotem, ad- *Epilogus.*

Exhortatio ad reditum in cõcordiam cum Eccle. Christi Catholica.

uocatum, & mediatorem Dei filium Christum Iesum Nazarenum, qui cælis sublimior factus nostram semper apud clementiss. Patrem agit causam, vt vna nobis Christianis omnibus sit fides, vna Ecclesia, vna deniq; colendi Dei ratio, eademque religio: redite igitur ad cor, ô mei filij charissimi! redite, vos vestram per salutem æternam obsecro, redite, inquam ad cor, omnem exsecrantes nouationem, in vero Dei cultu, piaq; inuocatione: lõgissime fugite Nestorianismũ, omnemque cæterum errorẽ. Nolite filij mei, nolite matrem vestram post 1500. annos peregrinũ & nouitium istud docere colendi Dei dogma, quod à Christi annorum memoria semper inauditũ fuit in Ecclesia Dei Catholica.

1. Cor. 14.

An à vobis processit verbum Dei? an vobis solis nunc post tot annorum centurias Deus istud reuelauit? Si humanis rationibus & Syllogismis philosophicis illud statuitis, non deest meis Catholicis quod solidè respondeant. Sin miraculis, ea nondum vidit orbis. delira sunt, impia sunt, blasphema sunt, quæ citra verbi Dei testimonium, aut probata omnibus orthodoxorum Patrum exempla in Catholicam inuehere conamini Eccle-


clesiam. Dei filium enim in gloria Dei Patris sedentem ad hoc vt roget Patrem (quod pius noster olim pronunciauit Rupertus Tuitien.) iam nemo inuocat Catholicus. solida igitur mea contenti ratione colendi Dei, redite ad me & vna mecũ Christum vnicum Saluatorem nostrum, Aduocatum nostrum, interpellatorem, siue legatum et mediatorem nostrum singularẽ diuino colentes honore suis vos subijciatis legibus: à quib⁹ isthæc peregrina, meisque auribus horrida inuocandi formula longissimè abhorret ob causas dudum à nobis haud leui brachio perstrictas. Postquam nũc illa vobis, filij Protestantes, commemorauimus quæ fidei meæ Catholicæ addendo peccatis, hic nonnihil interquiescendum censeo: vt alacriores vtriq; ad sequentia salubrius percipienda euidentiusque perspicienda transeamus.

Rupertus Abbas Tuitien. de di. officijs 9. ca. 3.

Nullus Catholicus Do. Christum inuocat vt pro se Patrem oret, nedum supplicet.

ORATIO QVERIMONIÆ HVIVS SECVNDA.

CAP. I.



ILLA igitur, quæ diximus, humanæ doctrinæ fermenta fidei meæ Catholicæ addendo vos, filij mei Protestantes, irreligiose peccatis: quæ autem detrahendo & imminuendo impiè committitis, modò paucis, fauente Christi spiritu, benigni quæso accipite. Quanam, vos obsecro, pietate solemnem illam precandi consuetudinem tam Syrijs, AEthiopibus, Græcis, & alijs Orientalibus, quàm Latinis celeberrimam, S. Trinitas vnus Deus miserere nobis! de litania Christiana præcidistis? An nó hic aduersarijs meis Trinitarijs fenestram ad sacrilegum suum dogma imprudenter, ne dicam impie aperuistis? sed maiori tenetur impietate vester pseudo apostolus Lutherus; qui illud Nicenum meum Homousion libro aduersus Iacobum Latomum ann. 34. ædito sibi displicere mente non sancta scripsit.

Quæ fidei detrahendo peccant Protestãtes noui.

Abolent S. Trinitatis invocationẽ de Litania sua semi Christiana.

Nicenum Homousion Luthero non probatur.

Lu-

Luxato hoc principe fidei nostræ capite de adoranda sacro-sancta Trinitate audebat Lutherus & ipsam Euangelicã Christianorum fide prius expiatorũ iustificationem violaturus sacrilegis inuadere manibus. Ea namque filiorum Dei, quos fides & Christi Sacramentum iustos reddidit, cùm ex Christi Euangelio duas habeat partes, fidem & opera, illẽ contra Dei verbum soli fidei suæ tribuit iustificationem. Rogatus Christus Dom. à quodam discipulorum in ipsum fide vera credentium, Quid faciendo vitam æternam possidebo? Si vis ad vitam, inquit, ingredi, serua mandata. An hic Lutherus Christo ausit solam suam crepans fidem obstrepere? immò Crede tãtum! Crede tantum! saluus eris? Atqui iam credebat discipulus ille, mi Homo, in Christum; qui credenti bonorum operum præscribit necessitatem; serua mã data inquit; cùm iam crederet in Deum, si vis ad vitam ingredi. Huic sententiæ conformiter alibi contra inanem, vanãque istam solius fidei iustificationem clamat, Non omnis qui dicit mihi Do. Domine, sed qui facit volũtatem Patris mei, intrabit in regnum cælorum. Rursus, vos amici mei estis, ait dilectiss. discipulis

CAP. 2. Quòd verã Euãgelij iustificationem detrahunt pijs fidelium operibus.

Marci. Luca.

Matth. 19.

Matth. 8.

Iohan. 15. pulis in Deum credentibus, si feceritis, quæ præcipio vobis. Sic & Paulus asse-
Rom. 3. rit, nō auditores legis, sed factores iusti-
1. Petrus 1. ficabuntur. Hinc & D. Petrus hortatur vt certam nostram vocationē per bona opera faciamus, tantùm non diserte pronuncians non sufficere ad introitum in illud æternū Christi regnum solam in
Lutherus cur D. Iacobi epistolæ Canonicæ fidem abrogarit. Christū fidem. Nouo igitur suo dogmati Lutherus vbi sensit D. Iacobū Apostolúm omniū disertissimè refragari, atque ex diametro resistere, asserens fidē sine operibus ad salutē non sufficere, i-
Rom. mò inutilem, adeoq; mortuā esse, neque Patriarchā nostrum fidelem Abraham sola fide fuisse iustificatum: sed fidem ex bonis eius operibus fuisse consummatā, ad Sathanæ Magistri sui arma cōuersus, more priscorum Hæresiarcharū, Catholicæ iuxta ac Canonicę illi epistolæ fidē audebat abrogare, atq; arrepta suæ insaniæ rabida bipenni de sacro sancto scripturarum Canone præcidere, manibusque sacrilegis detruncare. Neq; consistere hic ipsum cōceptus in pia Christianorū opera furor Sathanicus patiebatur. Cū enim noui sui figmenti Deo inuisi nullū sibi solidum reperiret fundamentum, videte obsecro Principes & ciuitatum

 322

tum Imperij Ro: gubernatores, videte: qua homo insania insigni rabiosus rem suam agere nõ erubuit: nimirũ vt apud imperitã & tunicatam plebeculam videretur ex Dei verbo suũ statuere dogma nouum; ausus fuit homo temerarius D. Pauli verbo ad Ro 3. Sathanicum suum illud emblema, Sola, intexere, contra omnium Codicum tã Latinorum, quam Græcorũ, Syrorum & Armeniorũ fidẽ. Arbitramur hominẽ (peruertit Lutherus) iustificari, Durch dẽ glauben allein/ per solam fidẽ. sed amens isthęc D. Pauli corruptela sese nullo negotio iugulat, si ipsum disputationis Paulinæ filũ quis penitius inspiciat, & loca cæterarũ eius epistolarũ inter se ex priscorũ et orthodoxorũ Patrum Cõmentarijs prudenter cõferat. quod prolixioris foret operæ, quã huic tempori & loco congruat.

Lutherus cur verbis D. Pauli addendo epistolam ad Ro. adulterauit, & vitiauit.

Imparis quidem est criminis, sed paris audaciæ imò sacrilegi sceleris, quod publicæ Christianorum meorum Litaniæ illum Sanctorum B. Mariæ, Apostolorum, & Martyrum Christi catalogum audetis detrahere: cùm sit meis filijs tam Armenis, Syris, Palæstinis & Græcis, quam Latinis, totoque penitus orbe Catholicis concorditer obser-

CAP. 3. Quòd piæ Christianorum Litaniæ noui Protestantes piam Sanctorũ inuocationem impiè auellũt.

uatus, & piorum omnium ore ſemper laudatus. Hanc enim Sanctorum ad auxilium & comprecationem inuocandi formam ab ipſis met D D. Apoſtolis Chriſtianæ fuiſſe initiò traditam Eccleſiæ, cũ alibi fuſius ſit à meis demonſtratum, non eſt nunc hic repetendum, ſed ſi quis ambigat tamen, D. Auguſtinum audiat D. Cyprianum illo antiquiſsimo ſeculo ante annos iam mille circiter trecentos inuocantem Adiuuet nos, inquit lib. VII. capite primo, de baptiſmo contra Donatiſt. D. Cyprianus laborantes orationibus ſuis.

Vide Apologeticum Lindani ad Germanos lib. 1.

CAP. 4.

Similem in modum ſacrilegè mutilaſtis ſingulare illud Chriſtianæ Eccleſiæ ſacrificium à Chriſto Do. in cæna illa nouiſsima iuxta diuina Prophetarum oracula ſingulari in nos pietate atque paterna charitate nobis inſtitutum. cuius portionem quidem vnam obtinetis, quæ corporis Dominici conſecrationem apud vos putatur habere: ſed potiſsimam eius partem, quæ Chriſtianã habet Dominici corporis immolationem, ac rei ipſa Euangelicam ſecundum Dei verbũ oblationem, impiè de medio ſuſtuliſtis, reieciſtis, conculcaſtis. Immò ſi Apologia veſtra veram veſtram exponit do-

3. Potiſsimam Chriſtiani ſacrificij partẽ temerè abolent, eſſe propitiatorium: cũ obtineant eſſe Euchariſticum: quorũ neutrum in verbo Dei legitur.

ctrinam,obtinetis sacrificium Missę,nec ,,
quicquã, vt ibi diserte asseritis, in ea im ,,
mutastis; & Missam adeò agnoscitis sa- ,,
crificium esse Eucharisticum. Sed quanam, obsecro, ratione vobis est sacrificium, quum illud nunquam offeratis? qua enim verborum formula prophanis vestris in Cœnis fiat à non sacerdote Christi (quales plerique omnes vestri sunt, quos dicitis verbi ministros) isthæc Christiana immolatio? Deinde si verè (vt dicit Apologia fol. 11;.b.) ita creditis, Missam esse sacrificium Eucharisticum, cur non creditis, obsecro, & viuis & mortuis Christianis fratribus esse propitiatorium? Atqui hoc nusquam legitur, inquias, in verbo Dei. Ita quidem est: sed vbinam, quæso, legas esse Eucharisticum? Cur hoc ergo magis vos ex Dei verbo obtinere apud Carolum Augustum, & totum adeò terrarum orbem gloriamini, quam nos illud? cum neutrũ in eo scriptum alicubi reperiatur, nec Eucharisticum nec propitiatorium.

Temere iactitant Protestãtes sua in Apologia sese Sacrificiũ Missæ obtinere, vt est Eucharisticũ. vbi enim istud legitur?

Sic et publicas Ecclesiæ Christi preces pro fratribus hac vita functis impiè repudiatis, & de solemni Christianæ orationis Canone præciditis: cùm nulla sit, aut vnquam fuerit, sub sole Christi

CAP. 5. Oratio pro fratribus vita functis impiè sublata, quæ ex Dei verb

Græcis & Latinis sēper fuit vsitatißima in hunc vsque diem.

Ecclesia, quę pios vita defunctos fratres suos Deo iudici seuerissimo religiosis precibus, pijsque supplicationibus non cōmendet. Consulite Græcos, Armenios, Syros & Babylonios, & Iudęos adeò ipsos, agnoscetis vos toto cælo à vero Christi Iesu aberrare Euangelio. Imò D. Augustinum audite, quem pro fidei regula non dubitatis passim agnoscere, an non illa de more populi Christiani solet Deo fundi, quam pro pia sua matre ab omnibus flagitat immolari. Confess. 9. ca. 13. Suffragantur & D. Ambros. orat. in Valent A. Cyprianus eam negat Victori Geminio impendendam. Quibus si fidendū non putabitis, saltem ipsi met nouo vestro Apostolo Luthero, hac in re fidem quin habeatis non potestis recusare. Is enim disertè sua in fidei confessione sub vitæ finem anno 44. in lucem emissa docet licere pro vita functis fratribus orare.

Augu. 9. Confeßion ca. 13. D. Cypria. epist. 2. li. 4. & 9. lib. 1.

Lutherus sua in Confeßione ann. 44. edita VVittenbergæ for. 8. fol. 54. G. 5. Sic et in articulorum defen.

Quinimo sese certè scire purgatorium post hanc vitam esse publicè profiteri in disputatione illa Lipsen. minimè dubitauit.

CAP. 6.

Numerum Sacramentorum

De numero Sacramentorum à vobis imminuto hic nolo diutius querulari aut quiritari: cum ipsi hac ipsa in Cócor-

dia

dia de illo parum constanter videamini vobismet ipsi constare. Initio enim fol. C. 4. affirmatis esse tantum duo. Sic enim ad verbum habet vester Concordię codex, daß nur zwey Sacramẽt sein. sicut & in illa nouæ vestræ fidei anno 60. Naumburgi in Turingia ab aliquot Caluinizantibus Theologis vestris cõcinnata Confessione: quam & hic in pręfat. fol. A. 3. agnoscitis & probatis: sed inferi⁹ fol. 90. traditis ex Dei verbo tria esse agnoscenda. So sind nu rechte Sacrament die Tauf / vnd das nachtmael des Herren / die Absolution. Den diese haben Gottes befelh. haben auch verheissung der genaden. Sunt igitur vera Sacramenta Baptismus, Cæna Domini, Absolutio, hæc enim habent Dei mandatum & promissionem gratiæ. manifesta isthac contradictione vos vestro iacetis iugulati gladio.

Sacrilegè ambiunt Protestantes suæ fidei inconstantia fluctuantes.

Concordia anno 80. edita sibi contraria in numero Sacramentorum accensendo.

Verùm hic ego magis de Sacramentorum Ec. Christianæ laboro efficacia, quam de numero: quòd illam vos grauissima cum sanguinis Christi Domini, sponsiq; chariss. iniuria plus quam Iudaica extenuatis, imò si verum dicere phas est, aboletis, ac re ipsa tollitis. Cùm enim pro Catholica mea doctrina nduam &

CAP. 7.

Quòd Sacramentis Christi Protestantes veram detrahunt sanctificationem.

peregrinam vestras in Ecclesias inuehatis, nimirum esse signa æterna diuinæ gratiæ, atque fauoris; ipsis veram purgãdæ à peccatis animæ aufertis efficaciam: ita vt apud vos baptisatus non minus pòst, quàm anteà, sit ipsa re, ac verè immundus, impurus & sordidus. imo eisdem pristinorum peccatorum sordibus contaminatus. ficta enim fide vestra imbuti docetis contra disertum Dei verbũ ea pristina baptisatis manere peccata; sed in gratiam Christi illa tegi, cælari, occultari, ac licèt persistentia non imputari. Quonam modo igitur verè dicit Paulus, sanguinem Christi emundare conscientias nostras ab operibus mortuis? si emundat eas sanguine suo Christus, nihil manet sordium, nihil superest impuritatis, nihil baptisatis inhęret immunditiei. Cui Apostolicæ doctrinæ dum fidẽ non habent noui vestri Theologi, videte, obsecro, Principes Christiani, quanta sese in Christum impietate contaminant.

Hebr. 10.

Isthac enim ratione Euangelicam Sacramentis Christi ex dimidio tollũt iustificationem. est enim iustificari ex iniusto iustum fieri; vt illuminari ex tenebroso lucidum; vt albari ex nigro, aut colo-

colore impuro album fieri. In iustificatione igitur per Christi Sacramentum nõ solum tollitur iniustitia, vt vos quodam modo, sed imperfecto & semieuãgelico agnoscitis, dum tegitur, & (vt vos quidem dicitis) non imputatur: sed vt vera sit iustificatio, datur etiam atque communicato Christi spiritu diffunditur Charitas in corda credentium: quæ vera est Christi iustitia, quę nos demum verè facit iustos; & Dom. Christo, cui inserimur & incorporamur, verè similes, cælestique spiritu ac iustitia Dei præditos, non qua ille iustus est, inquit August. sed qua nos iustos facit. Hinc pia fluant piorum opera, quæ Dei spiritus verè vocat iusta, vt de operibus Abel iusti verbum Dei apud D. Iohannẽ Theologum disertè pronunciat.

Aug. de spir. & lit.

Opera iusti Abel vere iusta pronunciat Spiritus sanctus.

1. Iohan. 3.

Hanc solidam Euangelicæ iustitię operum gloriam pijs inuidentes vestri Theologi, ne Dei verbo imperitis videantur destituti, psalmum Dauidis adulterant, illud capitulum, Tibi soli peccaui; audacia deprauantes plusquam sacrilega; Tibi solum pecco, quicquid ago, tibi pecco. Qua de imperitissima Hebraicæ lectionis corruptela, dictum est à meis alibi. Si omnes igitur omnibus in operi-

De his verbi Dei locis à Melancthone, Brentio alijsque sacrilegè adulteratis vide finẽ 3. Orationis.

Vide Lindanũ De opt. gen. interpretandi Scripturas.

Sic Lutherus in articulis à Leone X. dănatis. operibus peccamus, & quicquid omnes agũt Christiani, peccant, vti Lutheri habet Euangelium, quo modo igitur Dei *1. Iohan. 3.* spiritus iusti Abelis opera dicit fuisse iu- *2. Par. 15. & 19.* sta? Rursus quia in Iuda opera bona inuenta sunt; propter quæ pius Iosaphat commeritam sibi Dei iram euasit, iustasque Dei plagas effugit?

Hæc vt semel euerteret vester Apostolus omnis boni operis hostis, & implacabilis veræ virtutis inimicus, epistolam Diuo Iacobo Apostolo hactenus ascriptam audet de sacrosancto diuinarũ scripturarum Canone abijcere, vt suam nouam & fictitiam posset fidem, quam nouitio suo appellat vocabulo Specialem stabilire. quod monstrum, imò verius Idolum cùm non haberet vbi firmiter satis statueret, ad suas Sathanicas conuersus artes diuinos Dauidis psalmos aggrediebatur deprauare.

Fides specialis vt loco deprauato verbi Dei à Luthero statuatur.

Loco enim illius, Spiritum rectũ innoua in visceribus meis, ὄρθον, directum & in viam Dei rectam ab istis humani erroris semitis dirigentem, ac iustificantem, audet temerator improbus peruertere Spiritum certum (gewiß /) atque certificantem de salute nostra æterna, & indubios facientem: cùm tam multa di-

diuinæ Scripturæ testimonia euidenter doceant nullum mortalium hac de re viuere securum: sed certum fieri vt D. Petrus docet, per bona opera. 2. Petr. 1.

Sed in viam recurrat oratio, quæ occasione locorum verbi Dei à Protestantibus fraudulenter deprauatorum non nihil fortè à recto deflexisse videatur.

Quia igitur fidem Christianam Ecclesię Dei Catholicæ concorditer ab Apostolis vbique traditam cùm addendo impiè, tum detrahendo sacrilegè violastis, alterastis, immò adulterastis, salua vobis stare nequit fides Christiana tot doctrinæ capitibus temere aucta; tot dogmatibus sacrilegè imminuta, tot fidei articulis irreligiose admodum detruncata. CAP. V.

Itaque Confessione vestra Augustana cùm impio Achab totum perturbastis Israelē, qui anteà vnius erat vt fidei, ita & Confessionis, siue symboli, nunc grauissimè vestro impij schismatis exēplo vniuersus gemit & laborat orbis meus Christianus. Videt enim tot sua nobilissima sibi mēbra vestro dissidio auulsa, tot regiones celeberrimas inuicē irreconciliabiliter, plurimos per annos dissiden-

ſidentes; tot prouincias bellis inteſtinis ſeſe ſuis manibus crudeliſsimè contrucidantes, fraternoq; ſanguine impie contaminantes; dum veſtrum ſinguli ſuam quiſque nouæ fidei Confeſsionem pro vero ſibi arrogant Euangelio; & mentis cæcitate percuſsi ſuam quiſque non dubitant pro ſacrilegis dogmatibus & prophanis ſuis ceremonijs vitam belli funeſtiſsimi periculo exponere, armaque in ſuos Reges & Principes arripere. Videndum ergo ſupereſt vobis, Principes & Ciuitates Proteſtantes, vt ne cum impio Achab Iſraelem perturbante ſimiles cũ eo perfidiæ veſtræ luatis pœnas, ſimul & irreligioſæ inconſtantiæ in religione Chriſtiana, quas ipſi videtis nunc prouincias Syriæ, Græciæ, Aſiæ, vicinęque vobis nimium Conſtantinopolitanæ, adeoque Hungaricę ditionis miſerrimo exemplo luere. Quod omen Deus vobis auertat propitus! hic ſi libet, interquieſcamus, vt animus nõ nihil placida quiete recreatus conſequentia ſuauiori capiat guſtu, vnde factas vobis veſtris à Theologis fraudes doloſas, non minus quam exitioſas in tempore, dum hora reſipiſcendi eſt, euidenter perſpiciatis.

TER-

327

TERTIA QVERIMONIÆ ORATIO.

EXpoſitis obiter ijs, Principes & Gubernatores, quæ in Chriſtianam Religionẽ temerè non minus, quam irreligioſe addendo, minuendo, detrahendo peccaſtis, nunc ipſam concordiam veſtram nouam hoc anno inter vos callido quodam Syncretiſmo initam expendere aggrediamur. Quò firmior atque ſtabilior veſtra hæc foret Concordia Euãgelicã, firmum itidem hoc anno iacere ipſi voluiſtis fundamẽtum; quod triplici illo trium Symbolorum celebratiſsimorũ Apoſtolici, Niceni, & Athanaſiani funiculo eſt cõprehenſum atque connexum.

Quòd Symbola tria à Proteſtãtibus approbata deprauant ipſi.

Præclarum ſanè fundamentum! præclarum planè, inquam, niſi veſtris à Pſeudoprophetis eſſet id etiã locis aliquot adulteratum. Nam vbicunque in eis vocabulum Catholica occurrit, vos profitemini Chriſtiana. Sex igitur locis tria illa tãtò ambitioſæ præfationis fuco decorata

Vocẽ Catholica deprauant in Chriſtianã.

corata mutatis, deprauatis, adulteratis symbola. Aliud enim sonat fides Christiana, aliud Catholica, aliud deniq; Religio Christiana; aliud Catholica. fidē enim Donati starū in Africa nemo negabat initio esse Christianā, sed nō erat Catholica. Sic & Ecclesia Luciferianorum erat Christiana Ecclesia, sed non Catholica. Quantum autē momenti hac in voce situm sit, liquidò declararunt filij mei Africani: qui super dogmate S. Trinitatis à Rege Genserico, & ejus adulatoribus oppugnati, Catholicorum sibi titulum vendicabant, ringentibus, ac tantū non inuidia tabescentibus hostibus meis Arrhianis. Plurimum ergo veneni latet hac in vocabulorum Christianæ & Catholicæ permutatione. Singuli quiq; Hæreticorum cætus se potissimū Christianos putāt. facilius enim imperitis persuadeatur dogma aliquod, vtpote de fide speciali, de abrogando Missæ sacrificio, de exstinguendo purgatorio, & similibus, esse Christianū, quā Catholicum. Nam si aliquot probetur Christianis viris huius, aut illius prouinciæ, rectè dicitur sensu quodā Christianum: sed Catholicū verè non dicatur, nisi suo ex nomine vbique diffusum sit, ac semper, & ab

Schismatici sunt Christiani, sed non Catholici.

Lactant lib. 4 ca. 30.

Vicent. Liriven in Peregrino.

D. Optatus. contra Donat.

ab omnibus ita fuerit creditũ. Quod vnimeæ fidei Apostolicæ peculiare esse, nullus inficias iuerit, qui vocabuli Græci vim vel per transennam inspexerit. hoc insigne pijs omnib⁹ meritò semper venerabile, ac elogiũ verè diuinum DD. Apostoli suo insertum voluere Symbolo, vt certissima simul & infallibilis esset quasi verissimæ Cynosuræ nota: qua non modò à Iudæorum cætu: sed ab omni etiã Sathanę Synagoga discerneretur vera Christi Iesu sponsi mei Ecclesia: Quia igitur doctrina Confessionis vestræ Augustanæ quosdam habet professores Christianos, potest & quodã sensu fides Christiana ex quadã parte dici: sed Catholica vt dicatur nunquã orbis patiatur Christianus. Varijs enim capitibus, & ijs grauiss. atque maximi cum primis momenti, ab ea dissentit populus Dei Catholicus: qui suo cum Pastore (vti diuinus ille Christi Martyr meus Cyprianus docet) Ecclesia est Christi Catholica. Vnde vestra isthæc Confessio Catholicæ fidei nomen nequaquam sustineat. Videtis igitur dolum malum, ô mei Principes & Ciuitates Protestantes, quo perniciose vobis vestris à Theologis est impositum:

D. Augustin. contra Donat.

Cur Catholicum sit ab Apostolis Symbolo additũ, licèt nusquam legatur in scripturis.

Cyprian. contra Nouat.

qui tam immenſo cum fidei detrimentò audebant tanquam illi apud Prophetam improbi Caupones, mala fide vocem voce permutare: in qua maximum in primis eſt Eccleſiæ Chriſti momentum collocatum. Inter cæteras enim notas, quibus ego Chriſti Eccleſia à Synagogis Sathanæ, Paganorum, & Iudæorum; atque ſchiſmaticis adeo Hæreticorum omnium conuenticulis diſcernor, elogium vnum eſt, vt dixi, Catholica, quod mihi ab Apoſtolis ipſis tanquam peculiare atque dignum Chriſti ſponſa donatum eſt inſigne; cuius nota ab adulterinis Diaboli cætibus ad vnum omnibus certò ac liquidò perinde ac infallibiliter valeam internoſci, ſemperque diſcerni: Poſsunt enim quædam Hæreticorum, aut Schiſmaticorum (quorũ neutri meus ſunt Dei populus ille acceptabilis περιούσιος, ſelectus & peculiaris) cõuenticula ſibi Chriſtianæ arrogare; imò ad tempus quoddam vendicare nomen Eccleſiæ; ſed nunquam ipſa re Catholicæ vocabulum ſibi verè ac meritò ſumere. Acerrimis quidẽ, & ijs plurimis ſubinde certaminibus hoc cariſsimum mihi nomen Catholicæ Aduerſarij æmulantes conabantur olim derogare ac detra-

trahere; primum Donatistæ in Africa; deinde & Arrhiani in AEgypto ac Græcia; post etiam Vvandali vestrates in Africa: sed liquidius mihi soli totius orbis Christiani, immò paganorum arbitrorum iudicio verè congruebat, quam vt vllis possent technis, spinosis sophismatibus dirisue tormentis extorquere. Hinc euenit vt omnia ipsis semper fuerint frustrà, & Catholicum mihi nomē in hunc vsque diem inuitis, immò ringentibus æmulis asfsidua spōsi mei Christi protectione sit superstes, floreatque incolume.

Vide Optatū & D. Augu. Collat. Carthaginen. Athan. contra Arrhianos. Victorem Vticen. lib. 3. persequ. VVandal.

Ex his liquidum etiam, opinor, vobis tandem erit, quam friuolo & male iacto fundamento vestra illa noua nitatur concordia: quæ stabilire se ipsa non potest, nisi falsis, immò deprauatis, impieque adulteratis illis celeberrimis triū Symbolorum vocabulis, quæ solemni adeò vsu, longaque & à Christianorum vsque memoria orta possessione mihi vni Catholicæ duntaxat congruunt Ecclesiæ.

Euerso igitur isthoc futili, adeoque adulterato concordiæ vestræ fundamēto, nunc ipsam Confessionem vestram Augustanā hoc in opere Cōcordiæ mo- *CAP. 2.*

 dò

dò editam; ac veluti postliminio annorum plus minus quinquaginta orbi tandem redditam in trutinam vocemus.

Quam proinde hoc Anno depromitis Confesſionem Auguſtanā, ſi quis accuratiori perſpiciat oculo, dubitabit an Confeſsionis nomen mereatur. Si enim hæc vera eſt, quæ demum poſt annos ferè totos L. de tenebricoſo carcere tandem eruta in lucem quaſi poſtliminio reſtituitur, quid ergo cæteræ Confeſsiones Auguſtanæ toties variæ, toties auctæ, toties immutatæ in lucem editæ? An quis eas mendaces auſit affirmare? certè fallaces: &, ſi verum dicere licet, falſas adeoque mendaces. Si quidem irreconciliabiliter à vero ſuo diſſentiūt, imò cum ſuo pugnant Autographo nūc veſtris ex Archiuis depromto. Quia malo quorundam Matheologorum dolo corruptæ, à vero deprauatæ atque fœdiſsimum in modum fuere adulteratæ. Neque iſta Confeſsionum veſtrarum varietas in verbis tantum eſt, ô Principes & Ciuitates Proteſtantes: ſed in dogmatibus grauiſsimis etiam ex diametro cōtrarijs.

Confeſſio Auguſtana in opere Concordiæ impreſ

Quod enim nunc pro germana Confeſsione fidei Auguſtanæ profitemini arti-

articulo decimo, Sub ſpecie panis & vini dari corpus Domini, ex diametro repugnat Confeſsioni Auguſtanæ anno 40. & 59. & alijs plurimis editæ: quæ omnes habent, Cũ pane & vino. Sane ſi ſub ſpecie panis & vini datur Corpus Domini, vti veſtra prima habet Confeſsio Auguſtana Germanicè Carolo V. Auguſto exhibita conformiter veſtrę iſthoc anno impreſſæ, non pôteſt locum habere panis & vinum in S. Euchariſtia.

ſa pugnat cum alijs eiuſdem editionibus.

Nam ſpecies panis hoc in dogmate ipſi naturæ panis ita opponitur, vt prorſus hæc excludatur. quemadmodum & maiores veſtri anno 30. hac de re in Comitijs Auguſtanis à Carolo V. admoniti ſuo tunc aſſenſu meis Catholicis hanc Apoſtolicam confirmarunt doctrinam. vti paulo inferius declarabitur copioſiùs quãdo manifeſtam Apologiæ huic nouæ Concordiæ operi veſtro additæ fraudem, liquidamque pugnam detegemus, euidentiſsimi eam conuincentes mendacij. An igitur Confeſsiones omnes Auguſtanæ ab anno 35. quo primũ facta videtur eſſe fraudulentiſsimi Buceri & aliorũ Vvittébergæ congregatorũ opera huius Articuli deprauatio, vſq; ad ann. 80. Hoc eſt, totos per Annos 44.

Cadmæa Cõfeſsionum Auguſtanarum pugna.

Confeſsio Auguſtana ab anno 35. cæpit Calui-

niturire fune-sta Buceri fraudulentiss. obstetricati one.

aut 46. fuerit Caluinistica, viderint vestri oculatissimi Theologi. hi enim ambiguam illam verborum formulam ceu Cothurnum Syncionium, Quòd cum pane & vino adsit aut detur Corpus & sanguis Domini, fraudulenter, pro specie panis, suffarcinarunt; vt fraterculis suis Sacramentarijs, qui aliquam omnino efflagitabant cū Martinistis illo anno 35. VVittenbergę congregatis Concordiæ famam vt vt personatam, aliquod saltem esset, vbi hærerent, vobisque adhærerent, latibulum. Vnde & nunc ore iactitant improbo & sese Confessioni Augustanæ non primæ illi, sed mutatæ ac variatæ consentire. Hoc ex eo magis liquet, quod & eidem Articulo primæ Confessionis vestræ VVittenbergenses illud sacrilegè detraxerunt, Et damnant aliter docentes, quod Criterion & Anathema, quia vestræ fuit tot per annos Confessioni substractum, loquitur clarissimè illos, qui hac in rę Sacramentaria dissentiebant, aliterque docebant, nō fuisse posteà à Protestantium Theologis tanquam in fidei doctrina errantes damnatos: sed pro fratribus agnitos. q̃d res ipsa de Philippo Molanchthone, Bucero, Strigelio alijsq; primi nominis Luthe-

Vide miscellanea Hiero. zanchi professoris Argentinē.

Detractū Confessioni Augustanæ quod Caluinistas iugulat anno 40. & sequētibus.

theranis liquidius clamat, quam vt mea fusius sit oratione persequendum.

Hæc autem Confessio nunc in vulgus emissa an sit germana, & suo respondens autographo, quod anno 30. Carolo V. A. exhibitũ est, meritò dubitatur, cum in autographo Latinæ Confessionis Augustanæ (nam vtraq; lingua eam Carolo V. exhibuerunt) quædam sint quæ in Germanica legũtur & mutata, & omissa, qualia sunt Articulo 8. Donatistas sensisse ministerium malorum inutile, & inefficax esse. Rursus paulò ante, Et sacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacia, etiam si per malos exhibeantur. quod totum in Germanica desideratur. Sic & articulo nono illud omittitur in hac Germanica, Affirmant (Anabaptistæ) pueros sine baptismo saluos fieri. Iam mutatam esse Confessionem Augustanam vnus ille Articulus 10. de venerabili sacramento Eucharistiæ liquidò euincit. Nam in Germanica olim exhibita erat ad verbũ, Corpus & sanguis Domini Christi verè sub Specie panis & vini in cæna esse præsens, ilicque distribui & accipi. Vnde & reijcitur contraria doctrina. Ita in Germanica

CAP. 3.

Vidit hoc autographum Lindanus.

Discrimen et pugna Confessionum Augustanarum Latinæ ac Germanicæ simul anno 30. exhibitarum.

Omissa quæ.

1.

2.

3.

Mutata quæ.

prima fuisse testatur vester Codex Cōcordiæ sicut & Valentinus Erythræus in tabulis Confessionis Augustanæ. Itē alij varij, qui tunc eam legerunt, aut coram audierunt. Verùm in Latino exemplari, quod Carolo V. A. fuit Augustæ anno 30. exhibitum, longè alia sunt professi Protestantes.

Sic enim habet ad verbum, autographum proprijs illorum Electorum & cæterorum Principum Protestantium manibus varijs subscriptum. De cæna Domini docent quod Corpus & sanguis Christi verè adsint, & distribuantur vescentibus in cęna Domini, & improbant secus docentes. Nunc hæc paucula Confessionis Augustanæ verba Latina & Germanica inter se conferimus, vt tandem candido lectori veritatis studioso liqueat, vtranam duarum vera sit habēda Confessio Augustana Carolo V. anno 30. exhibita. Quod Germanica habet, Sub specie panis & vini verè esse prę sens verum corpus Domini, Latina immutatis et mutilatis verbis docet Corpus & sanguinem Domini verè adesse & distribui vescentibus in cæna Domini. Vbi illud, quod magnæ illius controuersiæ postea ortæ caput est, Sub Specie pa-

Autographū hoc ego Guilielm⁹ Damasi Lindan⁹ Episcopus Ruremundensis inspexi & cum Cl.V.D. Ioachimo Hoppero cum editione anni 31. cōtuli, quod nobiscum ad Cōcilium Tridētinum anno LXXII. à S. Dño N. Pio IIII. euocatus, ex archiuis Cæsareis Bruxel. le conseruatis Reuer. D. Viglius zwichemus candide communicauit. Sic autem in illo Principum autographo fuisse & me legisse in cōspectu iudicis viuorū & mortuorū sacrosanctè asseuerare nihil ambigo.

panis & sub specie vini, fraudulenter omissum est. Siquidem illa vox (Verum) corpori addita impios Sacramétarios enecat; vt libanothis serpentes. Rursus aliud omissum (& accipi) Quæ immutatio & quadripartita imminutio in formula fidei non leuis sanè momenti est cēsenda. Porrò qua id factum à Philippo fide, aut scopo, nostrum non est diuinare: nisi quòd res ipsa clamat (vti magis ex collatione Apologiæ primæ cū posterioribus liquebit) hæc ad callidum impijs cum Sacramentarijs Syncretismum spectare: qui anno 35. fraudulentissimi illius Sinonis Martini Buceri Vvittenbergæ opera magis coaluit. Hoc inde liquidò conuincitur quòd illam huius Articuli partem, qua sese à Sacramentarijs anno 30. tam hostiliter separabant. (Et improbant secus docentes) in alijs editionibus sacrilegè omiserunt & impia collusione detraxerunt, vt anno 40. & 59. & alijs. Viderint autem, qui oculis sunt acrioribus, & perspicacioribus an hæc Latina Cōfessio Augustana videatur post Germanicam Carolo V. A. exhibita: in qua Philippus Melanchthon qui eam sua descripsit manu (vti ex alijs eius epistolis Au-

Collatio illarū duarū Confessionum Aug. Latinæ ac Germanicæ simul Carolo V. A exhibitarum ann. 30.

Detractū Germanicæ fraudulenter in Latina à Philipp. Melanchthone.

Omissum in Latina, quod Sacramentarios necabat.

Autographis videre fuit) fraudem Principibus suam voluerit occultare: cùm Latinè vix intelligerent eorum pleriq; vt latitantem callido sub pectore Vulpē Svvinglianismum (cuius ab initio in supremum vsque suæ mortis diem fuit studiosior) celeberrimæ illi intexeret Principum Confessioni. Nam Philippum breui post pœnituisse illius tam manifestæ, agnitæque in Confessione Germanica veritatis, Panem in corpus Domini mutari, (quod ea vox Germanicæ Cōfessionis, Sub specie panis prorsus euincit ac indubitanter fatetur) ex eo liquet, quod suam primam Apologiam intra huncipsum annum 30. sacrilegè immutauit, adulterauit, euiscerauit. Nam tria loca, quæ Carolo V. A. & Catholicis omnibus fidem de trāssubstantiatione panis faciebant, in primæ Apologiæ editione liquido allegata, sequente anno detraxit; & alia quædam in eorum locum dolose substituit, & quasi viridantia inanium verborum folia inculcauit: quæ minus haberent pugnæ, aut hostilitatis cōtra hostes sacramentarios, vti inferius dicetur fusius. mihi sanè nō fit dubium si dux Iohan. Fredericus in latina Confessione Augustana istum dolum adeò per-

Dolo Philippi Melanchthonis fuere Principes Protestātes decepti, dum aliud signant in Latina Confessione Augustana, aliud profitentur in Germanica, ipsorum etiā manibus subsignata.

perniciosum sensisset, eam sua nō signasset manu. Nam ita persuasum habuit hoc dogma Christianæ fidei de diuina mystici panis in corpus Domini trāssubstantiatione, vt in Missa sua Germanica iuxta Confessionem Augustanam concepta & in Op. Torgau. publicata iusserit inseri suam fidem hac sub verborum formula, Ontfanckt onder de specie des brodts dat waerachtighe Lychaem ons Herren Christi Jesu. Sic enim exstat in exemplari Confessionis August. Vvesaliensi anno 62. fol. 111. Accipe sub specie panis verum Domini &c. Cùm igitur Latina Confessio Augustana à sua variet Germanica; quarum vtraque manibus ipsorum Principum Protestantiū signata Carolo V. fuit exhibita, dissimulato hoc discrimine, quod maximi tamē in negotio fidei est momenti, viderint eius professores vtramnam earū pro vera & genuina velint agnoscere; & vtram pro falsa condemnare. Vtraque sane stare non potest. Alterám enim altera enecat, cum pugnantia sibi loquantur, & cōtraria canant.

Nos nunc Germanicam suā cum Apologia modo editam in opere istius concordiæ aggrediamur examinare. An hęc

CAP. 4. Dolo malò delusos esse anno 80. Princi-

pes Protestantes suis à Theologis Concordiæ rapsodis.

hæc pro genuina & vera sit prudentibus viris agnoscenda, habenda, atque defendenda. Vestra igitur Concordia, Principes & Ciuitates Protestantes, nō solum hanc Germanicā agnoscit Confessionē Augustanā pro suæ fidei symbolo, vt sæpius loquimini hoc ipso libro: sed ipsam etiam primā eiusdem Confessionis Augustanæ eodem anno editam Apologiā. Nunc igitur mihi, quæso, aduigilate, ac manifestam Theologorum vestrorum fraudem, imò sacrilegam eorum circūuentionem, ac sceleratissimam omniū imposturam, Theologis & ijs, si Christo meo placet, Euangelicis indignissimam vobis exitialiter factam mecum attenti perspicite. Nolo nunc totā eam perstringere; sed vnum, aut alterum recensebo beneuolis auditoribus locum, vnde suis queant manibus dolum istum malum, imò fraudem Sathana mendaciorum magistro dignam palpare, nedum oculis videre. Vos vestra in Confessione Augustana modò ex maiorum vestrorum Archiuis (vt gloriamini) in lucem quasi postliminio emissa disertè profitemini, In cena dari Sub specie panis & vini Corpus Domini.

Quod dogma ceu veritati consonum

Euan-

334

Euangelicæ, fuit in Comitijs Augustanis à Carolo V. & Theologis meis Catholicis approbatum, ficuti & mox consequuta eiusdem Confessionis Apologia vestra fuit varijs argumentis & ijs irrefragabilibus superius commemoratis confirmatum. quòd panis, vinique natura & substantia mutatur, atque in corpus Domini diuina virtute conuertitur.

Vide primam orat. huius Querimoniæ cap. 5.

Cui doctrinæ Orthodoxę, quonam, quæso, pacto, Principes Protestantes, cõsentiat, quod nunc fol. huius vestrę concordiæ 294. mutata fide, verbisque in diuersum imò in contrariũ mutatis profitemini, vos credere distribui sumentibus verum corpus essentialiter cum pane & vino?

Si panis & vinum vna cum vero corpore Domini distribuitur, quonam modo verè vestra in Confessione fol. 5. B. affirmatis, Unter der gestalt des brodts vnd weins: Sub Specie panis & vini verum esse corpus Domini? Si enim est panis species, vti asseritis in Confessione, non est natura, siue substantia eiusdem panis: cùm maiores vestri ea sensérint esse contraria.

Quòd Confessio August. in opere Concordiæ nunc edita enecat Apologiam suam ipsi eodem in opere stolidissimè assutam à nouis Protestantiũ Theologis.

Si-

Siquidem Species iuxta fidei orthodoxæ analogiá hoc in dogmate opponitur naturæ panis & vini, siue ipsi rei: quę diuina est operatione in aliud conuersa, & vi cælestis consecrationis commutata. quemadmodum vestri credidere maiores: immò ipsi quoque primę Apologiæ vestræ authores, varijs testimonijs, ijsque omnium firmissimis confirmantes mutari hoc in Sacramento panis vinique substantiam: & ideò non esse panem in S. Eucha. sed corpus Domini, vti, verbis Cyrilli, & Theophylacti, adeoque consensu Ecclesiæ Gręcanicę atque Latinæ superius est demonstratum.

Verba hæc sũt in prima Confeßionis Augu$t. Apologia, cõsensum primorũ Protestantiũ cum Catholicis disertè loquentia super mystici panis transsubstantiatione.

Hinc liquidò, & solis luce clarius consequitur hanc veram Confessionis vestræ Augustanæ hoc in Concordiæ opere in lucem authenticis ex Archiuis à vobis met ipsis emissæ doctrinam funditus euerti ab hac noua & immutata prorsus sacrilegè Apologia, eodem vestro in codice comprehensa. Sunt enim manifestò asystata, In Sacramento dari corpus Domini cum pane & vino: quod asserit nouitia isthęc Apologia: &, dari corpus Domini Sub specie panis & vini: qđ vestra prima, & hoc in concordiæ libro ex Archiuis vestris impressa, ideoque vera

Apologiã in opere Concordiæ funditus euertere Confeßionem Augustanam eodem in opere orbi euulgatam.

ra Confeßio Auguſtana profitetur orthodoxis PP. meisq; Catholicis filijs cõſentaneè. Qua igitur fide vobiſcum agãt noui Theologi veſtri diſcordis iſtius cõcordiæ rapſodi, vos ipſi, opinor, veſtris modò videtis oculis; & niſi fallor, veſtris manibus tam craſſam palpatis fraudem, tam ruſticanam, imò dęmoniacam ſentitis tandem impoſturam vlla tergiuerſatione palliari, aut ſophiſtica excuſatione fucari neſciam. Certè mirandum immò perdoléter nobis lugendum potius (ô vtinam vobis ad vnum omnibus Deus patrum noſtrorum oculos tandé aperiat propitius!) mentem vobis ita ab iſtis phrenopatis; vti Paulus meritò Hæreſeon magiſtros vocat, & mentium deceptoribus faſcinari, ne dicam eripi, vt pernicioſam iſtam vobis indignè factam æternæ ſalutis fraudem nondum ſentiatis. Quod non leue prudentibus fuerit iræ diuinæ iudicium, ſi admoniti nondum ſapitis. Si enim animum attenditis, hac vna in re videtis iſtos prophanos fidei veſtræ contra veſtros maiores, Auguſtanæ Confeſſ. authores nouatæ magiſtros veſtra de ſalute ſuauiter ludẽtes verba fidei quaſi teſſeras & taxillos mutare, vt Paulus cenſuit: qui nouo in-

1. Tim. 4.

Phrenopatæ ſunt D. Paulo dicti nouorum dogmatum magiſtri.

Ephef. 4.

nonatæ doctrinæ vento quasi rapti vos fluctuantes circunferre, ac in aliud miseris cum Galatis Euangelium transferre satagunt; sed in nequitia Hominum ἐν τῇ κυβείᾳ, in alea, siue potius aleatione atque artificiosa & vafra fallacia; qualis solet esse astutorum aleatorum collusores suos veteratoriè ac ingeniose fallentium.

CAP. 5.

Apologiā in fidem Historiæ subinde peccare grauißimè, asserēs approbatū à Carolo V. quod certis sub conditionibus fuit admissum, siue susceptū pacis caussa.

Huc etiam faciat quòd edita modò vestrę Augustanæ Confessionis Apologia falsum subinde narrat contra Historiæ fidem. Scribit enim Articulum decimum approbatum fuisse. quod si de Articulo 10. Latinæ Confessionis in comitijs illis Augustanis Carolo V. A. exhibitę intelligunt, à vero est alienum. Est enim ieiunus nimium, & aridulus, immò inuolutior, quam vt potuerit propter exortas iam tunc de Venerabili Eucharistia controuersias approbari. Nihil enim meminit ille articulus nec de vestro pane, nec de panis specie: quod omnino fuisset illo Articulo fidei tunc explicandum, priusquā idoneam mereretur à Carolo V. Augusto approbationem. Sin dixerit aliquis Apologiam vestram respicere articulum 10. Germanicæ Confessionis vestræ, videte, ô mei

Prin-

331
Principes & populorum Primates, an non & is quoque certis sub conditionibus fuerit admissus, tãquam intricatior, & minus, quàm hoc tempore oportuit, explicatus. Nam in illa meorum Theologorum Catholicorũ confutatione vestræ Augustanæ Confessionis ann. 30. die 3. Augusti vobis recitata sic erat ad verbum, vti Dauid Chythræus in Historia Confessionis Augustanæ fol. 117. scribit, Decim' articulus etiam admittitur. Tamen vt Principes vnà cum eo etiam confiteantur quod sub singulis specieb' totus sit Christus. Alioqui esset corpus sine sanguine, ac ita mortuum: quod scripturis aduersatur. quia Christus resurrexit & nunquam moritur.

Prima Conditio, qua fuit admissus 10. Confessionis August. Articulus à Carolo V.

Similiter Principes ita debent Christum sub specie panis & vini confiteri, vt substantia vtriusque in corpus & sanguinem mutetur; ac non amplius panis sit aut vinum.

2. Conditio

Hæc ex illa Theologorum Catholicorum confutatione in comitijs Augustanis anno 30. die 3. Augusti recitata. Duas hic videtis, Principes, à Catholicis meis adhibitas conditiones, sub quibus decimum illum articulum censuerint admitti posse. Existimabant

enim doctissimi illi mei Theologi infirmam vestram fidem blandis monitis potius, placidè sanandam, quàm asperiore imperfectorum reiectione, aut duriore minus elaboratæ Confessionis vestræ exagitatione debilitandam, ne acrius ad viuum omnia resecando dissidia isthæc exitialia magis inflāmarentur. Si enim illa fuissent Articulo decimo disertis verbis inserta, vt mei Theologi tunc ordines S. Rom. Imperij admonebant, orta non fuisset posteà inter nos funesta illa de permanente in S. Eucharista pane controuersia. Non igitur vero est consonum, quod vestra in Apologia Theologi Protestātes asserunt, Articulum illum decimum, quem variantem adeò (vt quod leuissimum est dicamus) posteà ediderunt, fuisse à Carolo V. & meis Catholicis Theologis approbatum: cum fuerit tantum certis sub conditionibus, quæ expresiorem fidei Christianę explicabant professionem, admissus.

Altera falsi species in Apologia Theologorum Protestantium.

Paris est vanitatis, quòd mutata, immò subinde mutilatā & mangonisata Theologorum vestrum Apologia passim iactitat, aut conqueritur potius (callidò vsa fuco, ne causa dissimulatorum argumentorum meis à Catholicis opposito-

rum

rum simplicioribus appareat) negatum ipsis fuisse Catholicorum ad Confessionem Protestantium responsum, siue illius Refutationem in Comitijs publicè lectam, Atqui Iohannes Eccius meus fide apud omnes dignissimus negat Protestantes eam non legisse; immò affirmat eam ad manus Philippi Melanchthonis peruenisse: licèt furtim & fraudulenter.

Sed plus fidei in eisdem Protestantibus Theologis desideret, qui & Confessionem Augustanam, & Apologiam ad viuum resecuerit accuratius.

Aliæ falsi species plurimæ in Apologia Confess. Augustanæ detectæ.

Veniant igitur nunc in medium falsa illa dogmata quæ Theologi vestri Catholicis meis affingunt improbè, ne dicam malitiosè: cum ea vel non docent, vel longè aliter docent, immò sic (vti meis Sathanicè affingũt) sentientes, aut docentes Anathemate damnant. Eius generis est, vt ex plurimis paucula nunc memorem, quod Confessio Augustana anno 30. edita in lucem; asserit Catholicos docere Christum sua passione (inquit fol. D. 2. B.) satisfecisse pro peccato Originis, & instituisse missam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis mortalibus, & venialibus: cùm istud Ec-

Catalogus calumniarum in Catholicorum doctrinam ex Confessione August.

clesia Dei Cath. nunquã senserit, aut docuerit.
2. Asserit Confessio Augustana ann. 40. Vvittenb. impressa Catholicos docere homines (inquit fol. 76.) cõsequi remissionẽ peccatorũ propter propriã dignitatem.
3. Item docere, non credendũ esse, quod gratis propter Christũ remissio donetur: cùm ista nemo Catholicorum doceat; immò eos, qui ita sentiunt, habeant pro Pelagianis, aut Iudaizantibus.
4. Rursus articulo de Missa, opinionem sparsam esse in Ecclesia quòd cæna Domini (inquiunt fol. 21.) sit opus, quod celebratum à Sacerdote mereatur remissionem peccatorum, culpæ, & pœnæ, facienti, & alijs: idque ex opere operato sine bono motu vtentis.

5. Item quod applicatum pro mortuis sit satisfactorium, Hoc est, mereatur eis remissionem pęnarum purgatorij. Verum hęc nemo Catholicus docet, neque huncin modum interpretatur missæ meritum, quod totum pendet, nobisq; promanat ex vnius Christi merito. Hæc de plurimis paucula.

Catalogus Calumniarũ, in Catholicorum doctrinam ex Apologia. Quòd si Apologiam Confessionis Augustanæ quis aggrediatur excutere, videbit plus sibi operę exantlandum in annotandis eius mendacijs, quam Herculi

 338

culi in Augiæ stabulo repurgando. Affirmat Apologia Catholicos Mariam Christo æquare. Res ipsa loquitur (inquit fol. 94. anno 55. edita) quòd publica persuasione beata virgo prorsus in locum Christi successerit. Atqui eam non facimus nedum colimus Deam; sed Dei matrem: non diuino, sed creaturis digno honore colendam: quæ longissimè Christo Domino, vt meritis à Christo filio acceptis, ita dignitate cælitus donata sit inferior. 1.

Rursus fol. 74. Catholici contenunt Christi beneficium, aiunt; quodque satisfactiones nostras præferimus satisfactioni Christi: quas tamen non nisi ex vnius Christi merito dicimus Deo Patri placere, velut riuulos quosdam tenues copiosissimo de fonte in nos Dei filios à Christi spiritu deriuatos. 2.

Item fol. 34. Catholicos impias affingere scripturis opiniones, quod per bona opera mereamur remissionem peccatorum. 3.

Quod bona opera sunt propitiatio ac pretium, propter quod Deus nobis reconcilietur. Quod bona opera propter suam bonitatem sint accepta, nec egeant misericordia, & propitiatore Christo.

Quas opiniones verè impias aut Apologia Catholicos defendere: cùm eas execrentur atque pro puro puto Pelagianismo eis anathema dicant.

4. Eiusdē fidei est quod Apologia Catholicis fol. 120. affingit, ipsos scelestè defendere Missam ex opere operato iustificare, quod mereatur remissionē culpæ & pœnæ, etiam iniustis, pro quibus applicatur, si non ponunt obicem.

5. Sic & Apologia anno 31. excusa Scholasticos doctores ait nihil omnino de fide in doctrina pænitentiæ dixisse: cum eius fundamentum faciant fidem Christi, sine qua impossibile est placere Deo, docentes ad interiorem pænitentiæ motum requiri primò fidei motum in Christum.

6. Denique, vt breuis sim, Catholicos ait eadem Apologia fol. 81. B. vbiq; excluso Christo docere, hominē mereri iustificationem per opera legis: cū hāc impiam doctrinam vnà cum suis auctorib. Iudæis & Pelagianis anathemati subijciant, nihil sine Christo nec bonorum operum nec meritorum in vllo mortaliū agnoscentes. Sed hic modus esto catalogo mendaciorum ex Confessione, suaq; Apologia colligendo: qui in alium aptius

us reponetur locum. Nunc illorum Anonymorum Confeſsionis Auguſtanę defenſorum Nūburgi Turingiæ pridem congregatorum aliquot cum illis componamus ſiue mendacia,ſiue calumnias: quò liqueat veritatis ſtudioſo minus candidè iſtos nouellos Proteſtantiū Theologos agere, minimeque pacis Eccleſiaſticæ eſſe ſtudioſos: ſed dolo malo diſsimulare, immò malignè planéque ſycophanticè,ne dicam Sathanice interpretari,atque adeò data opera deprauare & adulterare, quæ ad ſarciendam faciant Eccleſiarum concordiam. Catholicos docere aiunt fol. 123. Hominem viribus Humani arbitrij poſſe conuerti ad Deum; quod dogma Iudaicæ impietatis pleniſsimum ſemper pró germano damnarunt Pelagianiſmo. Rurſus eos iubere ſemper dubitandum eſſe (inquiunt fol.131.) an ſimus in gratia, an Deus nos exaudire velit inuocantes propter Chriſtum: cùm certò fidendum, immò non dubitandum ex parte Dei doceant eos eſſe in gratia, qui ſine Hypocriſi ad Deum conuerſi ſacramenta ritè ſuſcipiunt, Deumque ſemper omnibus paratiſſimum exaudire omnes, qui per Chriſtū in veritate ipſum inuocant.

Catalogus Calumniarum in Catholicos à nouis Confeſſionis Auguſtanæ Apologeticis confictarū in nouata Nūburgi Confeſſione Auguſtana.

2.

3. Eiusdem farinæ est quod asserunt Catholicos docere quòd meremur vitam æternam (inquiunt fol. 146.) per ciuilem Honestatem, atque externam iustitiam. quòd Paganorum dogma nullus vnquam in Catholica Christi Ecclesia docuit.

4. Sed illa maioris est impudentiæ calũnia, quod ibidem adtexuerunt lepidi isti confessionis Augustanæ defensores, Catholicorum doctrinam à blasphemorum Iudæorum, & Mahumetanorum siue Turcarum impietate in rei substantia parum, aut nihil discrepare; cùm vera Catholicorum doctrina ab illis impijs plus q̃ bis per omnia dissentiat, vti alibi à quodam ex meis demonstratum est aptius. Ad eandem Iudaici fermenti Massam pertinent & illa, infinitos dies mandari festos (inquiunt fol. 178.) idque sub pœna excommunicationis.

Vide Apologeticum Lindani de Concordia ad Germanos.

Item Matrimonium Catholicos docere (aiunt fol. 170.) vitæ genus esse impurum & prophanum: quod tamẽ ipsi norunt inter Sacramenta Ecclesiæ Christianæ ab eis censeri, atque cũ Paulo eos docere thorum esse immaculatũ, & ad animorum corporumque sanctificationem comparatum.

Alijs

Alijs insuper vtuntur noui Theologi vestri artibus improbis & illiberalibus prorsus, ne strophis dicam sophisticis, vt noua suæ perfidiæ dogmata Deo & Christo meo sponso exosa firmius in speciem constituere imperitis videantur. CAP. 7.

Verba enim SS. Patrum deprauant, liquidoque adulterant, vt hoc ipsum sentire incautioribus in specié appareat, quod isti cùm sibi, tum alijs persuasum volunt. Cum id liquida nequeât veritate vobis efficere, sophistico vsi stratagemate vicisse sibi videntur.

Quorsum ego hæc vobis nunc verbosius referam, ô meæ Germaniæ Principes & Optimates, illa tot, & adeò pudenda mendacia illi Superintendenti vestro non postremi loci Martino Chemnitio meis à commilitonibus Andradio, Tiletano & Lindano iam pridem obiecta? an non Andradius vir eloquentissimus illi vestro superintendenti mutú ac Pythagoricum tenenti silentium pridem duodecim liquidò enumerauit? An nó Tiletanus eius scelerata orbi declarauit veterib⁹ PP. inflicta vulnera & impudéter adeò inflicta, falsoq; sensu cú liquidis ipsorú verbis pugnâte adulterata, quib⁹ *Vide Tilet. Apolog. to. 1. fol. 22. 46. 95. 144. & 366.*

exa-

exagitare, non diſpuduit Conciliũ Tridentinum? An non Lindanus ſacrilega illius in D. Auguſtinum demonſtrauit verborum eius manifeſtiſsimorum adulteria! Quod enim D. Auguſtinus de S. virginitate cap. 26. ab ipſo recitatus diſertè docet diuerſa eſſe in cælo merita Sãctorum, ac Deum bonis virginum operibus mercedem reddere, Chemnitius deprauator Reddere mutat in Dare. Rurſus quod D. Auguſtinus docet in cælo diuerſa fulgere meritorum lumina, fraudulenter Chēnitius pro eo ſuppoſuit, Ex æquo dari vitam æternam. Sic illud Mercedem reddi, ille ſacrilegio ſuo peruertit in Gratis dari. an nondum videtis eum cum Pſeudoprophetis lucē ponere tenebras? & malum dicere bonum?

Vide Lindanũ de Apoſtolico virginitatis voto li. 2. c. 8.

D. Auguſtin. deprauatus à Chemnitio.

Eſa. 5.

Eundem Auguſtinum vel in Bibliothecis aggreſsi ſunt hoc ſeculo Euangelici adulterare. Quod enim ille, Qui creauit te ſine te, non te iuſtificabit ſine te, dixit affirmatiuè; non dubitarunt adiecta interrogatione adulterare; vt ſola illa fides Chriſtianos iuſtificet apud Deum; qui vnicuique reddet ſecundum opera ſua.

D Baſilius, Ignatius &

Baſilij loca de virginitate alibi declaran-

rantur deprauata, falsoque reddita, vt & D. Ignatij & aliorum quædã alia in fraudẽ imperitorũ fœdè peruersa. De Chryso. variæ sunt variorum querelæ. vt de Confeßione Sacramentali, alijsque fidei Dogmatibus. Qui versionẽ Aniani & Trapezuntij Basileæ pridẽ editam cũ posterioribus Basilien. anno. 39. & 47. conferre non grauabitur, me verum dicere non poterit diffiteri. Idem videbit, qui Commentarium eius in epist. ad Timotheum excusserit de illis Paulinis viduis: quæ Christo sponso continentiam professæ maritis nupsere.

alij PP. ab Euangelicis peruersi fœdißimè.

D. Chrysosto. vitiatus ab Euangelicis istis.

Eusebium Cæsariensem à Vvolfgãgo Musculo in facto illo Nectarij cõtra Cõfeßionem adulteratum iam pridem varijs meis à commilitonibus est demonstratum; potiss. à clarißimo illo veteris Theologiæ illustratore D D. Iohanne Hasselensi. Epiphanium nunc silentio prætereo breuitatis causa, qui volet eius Catharos cum Latina peruersione conferat. Nazianzenum de adoratione S. Eucharistiæ in orat. funebri sororis, qui primam nostri seculi consulet versionem, videbit non esse ex vero aut plane redditum.

Epiphanius.

Nazianzen.

D. Cyrilli Comm. in Esaiam depra- *Cyrillus.*

uatas

uatas suis ex Græcis conuincit meus nobilissimus ille promachus Leo Castren. Comm. in Esa. fol. 68.

Eiusdem libellum de spiritali cultu à Iohan. Oecolampadio adulteratum Bonauentura Vulcanius demóstrat præfatione eiusdem libri.

Nonus Panopol.

De Nouo Panopolitano quid dicã? quem versibus minimum 40. castrarũt in illud aureũ D. Iohan. Euangelistæ ca. sextũ: quos ex officina Petri Brubachij Francfordiæ ann. 41. emiserunt. eadem & in Paraphasi Heghendorphini desiderantur, quæ cótra nouos Capharnaitas Caluinistas nobis nõ leuia subministrãt arma.

Paschasius.

De Paschasio Ratberto quid commemorem, quẽ Iobus Gastus ita suis vulneribus & emplastris deformauit, vt sui nõ sit similis, imò si renascatur se vel ipse non agnoscat. Thomam Cempisium vt Castalio castrarit & semimactarit, quid attinet hic cõmemorare? Sicuti & Georgium Cedrenum & Martinũ Polonum, aliosq; ab huius seculi hominibus misere dilaniatos aut deprauatos nunc silentio præterire est animus.

Thomas de Cempis.

Conciliũ Nicenũ ab Euangelicis depra.

Quid singulos scriptores percurro? Synodis oecomenicis manus adferre nõ dubi-

dubitant sacrilegas. Canonē Cōcilij Niceni de baptismo Iohan. Oecolāpadius violare audeat Dialogis de Cęna.

natum. Vide R. Sanctesium de Eucha. 99.

Theophilactū,& D Chrisostomi Babylam vt suis peruersionib. idē Oecolāpadius dilaniarit,& deprauarit nō pauci hoc seculo aditis in lucem doctiss. scriptis declararunt.

Theophilat.

Symbolū etiam Nicenum siue Athanasianū nobilis ille Christomachus Beza mutilare non erubuit. Græcum hoc Symbolum suo nouo testamēto appressum illo articulo inuiolauit, Deū de deo.

Symbolū Nicenum Euangelici mutilant.

Illud mihi non est silentio prætereūdū, exstare Acta Concilij Octaui, quæ Mathias Illyricus venalia quibusdā obtrusit:sed in quibus liquidò apparet manifestum eius plagium. Vbi enim nunc eius deprauatione legitur, Asidentibus Rom. Ecclesiæ legatis:accuratius ductū literarum intuentibus vestigiaque rimātibus liquet olim in Autographo fuisse Præsidentibus Ecclesiæ Roman. legatis. Elementum enim A. est sophisticè longius atque crassius deductum & protractum, vt litera P. obfuscaretur.

Conciliū Constantinopol 8. ab Illyrico deprauatum manifesta fraude lentia ex odio Ec. Roman. orto.

Sed hæc priuatorū dicetis esse peccata, quæ suo tēpore aut castigāda sunt, aut dignis fustiganda fustib⁹. Accipite igitur

Prin-

Principes & populorũ Optimates, quæ publico vestro sunt nomine aut scelerate adultera & deprauata, aut impiè mutilata.

A multis enumerandis, ne cui sim fastidio, nunc prudens supersedebo. quis enim esset (ô infelix istud seculum perdendis miseris hominibus, & ijs Germanis, meis filijs charissimis natum!) istarum fraudum prorsus exitialium ab Euangelicis vestris incauto meo Dei populo structarum aut finis, aut modus?

Vnum igitur suffecerit plurimorum instar, quod vobis (modò vestros non dedignamini à veritatis sole non auertere oculos) meridiana luce clarius demõstret quanam fide vestrates Theologi mecum egere hactenus in huius temporis de fide Catholica controuersijs. Litẽ mihi capitalem inter cætera mouetis de pia sanctorum meorum filiorum cum Domino Christo nunc regnantium pro superstitibus suis fratribus apud cælestẽ nostrum Patrem intercessione, aut fraterna opitulatione. Quam vt vna cum Turcis, communibus nostris ijsque iuratissimis hostibus abolerent, quidam vestri Protestantium Consiliarij Politici cum Cathedrarijs istis nouis Theologis,

logis, videte obſecro vos veſtram per ſa lutem æternam, videte quam ſcelerate, quam irreligioſe, quam denique ſacrilege hac in re ſunt verſati. Deſtituti legitimis argumentis, quibus pium totius antiquitatis Catholicæ atque Orthodoxæ Dogma profligarent, ad deprauanda D. Ambroſij mei verba, neſcio an ſtolidius an ſceleratius, ſunt conuerſi.

D. Ambroſiū noui Proteſtātium Theologi et Conſiliarij male mulctārunt ann. 60. Naumburgi.

Hoc igitur fidei Chriſtianæ dogma indubitatiſsimum D. Ambroſio locis plurimis, vt libello de viduis, Comm. in Lucam, & alibi confirmatum, vt labefactatum funditus euerterent, aurea eius verba, ex Comm. in epiſtolam ad Rom. non pauca fraudulenter mutarunt, quędam ſubdolè omiſerunt, quædam ſophiſticè variata ſuum ad inſtitutum detorquere non dubitarunt.

Omittunt quædam.

Quod ille dixit Reſeruetur Deo; illi recitant Seruiatur Deo. quod & Chemnitius ſuo illo Cyclopico examine admodum ſcelerate, vt alia non pauca, ſcelere pari deprauauit. Item loco Illi, ſuffarcinarunt Nihil. ac pro Iſtorum, fraude ſacrilega ſubſtitutum eſt Iuſtorum.

Mutant quædam. Seruiatur Deo, pro Reſeruetur. Nihil pro Illi.

Ad hæc maximam ſententiæ aureæ meram ſpirantis Ambroſiam decurtant portionem. ſicuti & Principio Periodi

Iuſtorum pro Iſtorum.

partem potissimam audebant, ceu caput corpori, auellere, vt mutilata sententia, Ambrosius aliquid suo figmento videretur imperitis habere non dissimile.

Sed quid mirum istud eos sacrilegiũ facinusque flagitiosum, & flagris, immò exilijs dignissimum in SS. Orthodoxos PP. moliri: cùm & suo met non parcant Magistro Luthero, quem reuerendum tamen verbis quidem dicunt suum Patrem. opera enim eius quam varia suis à discipulis in lucem prodeunt, quam pugnantia, quam contraria?

Quòd vel sui magistri Lutheri verba deprauant.

Istud vobis ex collatione operum eius Vvittenbergæ ac Ienæ in lucem editorum notius est, quam vt sit pluribus differendum. Iohannes Aurifaber hac de re libellum in lucem pridem nobis dedit: quo demonstrat longè aliam esse librorum Lutheri editionem Ienensem, aliam Vvittenbergen. quod allatis vtriusque editionis exemplis ita liquidò euincit, vt nemini hac de re vllus superesse queat dubitandi scrupulus. Confert enim per columnas vtriusque editionis verba, & ea sibi aduersaria solis luce clarius demonstrat.

Si quis hac de re sibi porro ambigendum

dum putat, legat opus, quod ex Actis Synodicis contra Illyricum, & Gallum, aliosque istorum manipulares edidere anno 59. Theologi Vvittenbergen. vbi sub finem ita scribunt, Detestamur meritò, inquiunt, & malitiam eorum, qui, vt explerent sua erga nos odia, & de manibus pia scripta excuterent; quibus quicquid habent de doctrina nostra notitiæ, coguntur referre acceptum, velint nolint, in editione Tomorum Ienensium omisis his Lutheri testimonijs, alibi infarserunt virus suum, calumnijs temperatum & mendacijs. Hoc vere est Lutheri scripta corrumpere. Ita ad verbum illic quiritantur discipuli Lutheri Vvittenbergici contra Ienenses Lutheranos & alios Saxonicos. Quod multis? Iacobus Andreas aliquando verbis Lutheri priuato in colloquio vrgebatur ad deserendam suam Vbiquitatem ceu veræ Lutheri sui doctrinæ aduersariam. Tum ille, hęc verba, inquit à Philipp. Melanchthone adiecta fuere in tomis Vvittenbergen. Ita de Vvittenbergensib. quiritãtur Vvirtenbergenses siue Tubigenses Lutheri discipuli.

Querela Vvittenbergens. Theologorum de falsarijs lu is belli sacri socys Lutheranis.

Philip. Melanchthonē crimine falsi notat Iac. Andreas.

CAP. 8. Quòd Luthero aduer-

Sed quid mirum sophos istos ad sua

ſantia docent iſti Concordiæ authores, fideles nimirum, Lutheri diſcipuli.

noua placita ſtatuenda ſui Magiſtri verba deprauare, qui ex profeſſo ipſi Luthero ſuo Apoſtolo audent repugnare? quod varijs poteſt demonſtrari exemplis. Quid ille de D. Iacobi epiſtola ſcripſerit, liquet ex Præfat. & Comm. in Geneſin. Iſti autem hoc in opere Concordiæ ſuam exponentes de fide ſola iuſtificante doctrinam nouam, eam fol. 278. reuerenter pro Canonica agnoſcunt, ac plurimis verbis demonſtrare ſatagunt cum D. Paulo non pugnare D. Iacobũ: ne verbum Dei vlla ſui parte ſibi videatur imperitis eſſe aduerſarium.

5. *De epiſtola D. Iacobi à Luthero improbata.*

Hinc factum, vt biblia Luthero non tam interprete quam deprauatore, imò Iudaizante corruptore in lucem recens edita, quaſi erroris magiſtri iſtos fideles iam diſpudeat diſcipulos, hanc D. Iacobi epiſtolam ad Caluini cenſuram citra omnem venenati iudicij Lutheri mentionem nunc quaſi Catholicam ſiue Canonicam orbi proponunt legendam. Sic enim videre eſt in magnis Biblijs Lutheri anno 70. Francfordiæ iuſſu Illuſtriſsimi D. Ducis Vvittenberg. in lucem editis. Sic & doctrinæ ſui Lutheri aduerſantur fideles iſti diſcipuli de SS. Inuocatione. Quam pie namque de hoc ſenſerit

2. *De SS. inuocatione Luthe*

ſerit

ſerit dogmate, his ex eius verbis liquet. Quæ ſunt in eius ad Georgium Palatinum quę exſtat, epiſtola. mi Spalatine, inquit, non fuit mens mea vnquam venerationem ſanctorum eſſe ſuperſtitioſam, neque inuocationes pro cauſis vel corporaliſsimis. Hoc etenim ſapiunt Hæretici vicini noſtri Picardi, & Bohemi. &c.

ro contrarium docent iſti cõcordiæ nouæ fabri.

Item epiſt. ad Erffordienſes, ſinite vt diuorum implorent nomina, quando ita volunt. Rurſus in reſponſ. ad Louanienſes, Non negaui vnquam nos meritis (inquit) & precibus ſanctorum, quãtumlibet imperfectis iuuari: quod ſubdole mihi inurere conantur miſeri Homines. Ipſe ergò Luther' etiam diu poſt ſuam à Catholica Dei Eccleſia excommunicationem non ſolum ſinendam, aut permittendam voluit ceu piam & legitimam Sanctorum inuocationem: ſed adeò eam tollere noluit, ceu ſuperſtitioſam aut idololatricam, vt ſe de hac doctrina impia quaſi falsò ſibi impoſita purgarit, immò Hæreticos appellat qui ita cum Hæreticis Picardis (inquit) & Bohemis ſapiunt. Cauſas cur ita Lutherus ſenſerit, Bucerus eius amicus diſerta expoſuit oratione pijs nixa ratiocina-

Bucer' eandẽ SS. inuocatiõnem probat ceu religioſam.

tionibus. Si quis (inquit ad Episcopum Abricensem) perpensa illa Dei infinita in sanctos indulgentia & facilitate, & simul illorum in nos miseros adhuc cõseruos suos & commembra charitate, animi ardore huc prorumpat, vt illos ceu præsentes præsens appellet, proque se intercedere ad Deum roget, id, licèt in nulla
,, scriptura doceatur, si sic tamen fiat, nulli
,, damnamus. Et posteà, In animis (inquit)
,, sic comparatis, vbi videmus nihil tribui humanis meritis, sed omnia veræ misericordiæ Dei & redemptoris nostri Iesu
,, Christi, ita quod diuos vt pro se orent,
,, inuocant, licèt id faciant absque vllo &
,, sensu, & exemplo scripturæ, damnare ta-
,, men non possumus. Atque hunc solum
,, in modum videmus Orthodoxis patri-
,, bus Sanctorum cælitum inuocationem
,, vsurpatam & traditam.

3\. *In Dogmate purgatorij ad uersantur Luthero Apostolo discipuli.*

Iam illud Christianorum omnium dogma de purgatorio Lutherum in finē vsque vitæ obtinuisse Catholicis meis concorditer notius est simul & indubitatius, quam vt quiquam istorum à Luthero defectorum, immò semi Lutheranorum discipuli queant inficiari. Nã varijs in locis, immò in disputatione Li-

psica

346

psica se certò scire asserit vester Euangelicus, esse post hanc vitam Purgatorium. vnde & in Confessione suæ fidei sub vitæ finem anno. 45. edita docet licere pro mortuis orare.

Quin etiam Confessionis Augustanæ Apologia diserte profitetur, licere pro mortuis orare. scimus veteres loqui (ait fol. 119.) de oratione pro mortuis, quam nos non prohibemus.

Confeßio Lutheri Germa. fol. 54. VVitenbergæ anno 1545.

Ita quidem Confessio vestra Augustana illa prima anno 31 impressa V vitenbergæ, sic & Augustæ anno 35. edita. Item anno 40. V vittenbergæ per Georgium Rhau. Similiter anno 53. impressa Frācoforti per Petrū Brubachiū, & aliæ alibi. Has omnes, opinor, sufficere vt orbi demonstrent quænam sit vera Apologiæ Confessionis August. doctrina, nimirum eam tradere, Lutheranos, siue quis malit, Protestantes, sentire licere orare pro mortuis. nam orationem pro mortuis (inquit) non prohibemus. Si non prohibent, non sentiunt veri Confessionis Augustanæ professores impium esse orare pro mortuis. ideoq; nec Dei verbo aduersari. Quod vel inde manifestū est quod Caluinistarū quidā, qui sese Confessionē Aug. etsi suf-

Apologiæ suæ Confeßionis Augustanæ aduersantur noui Protestātiū Theologi.

cipere profitentur, potissimum illam secundam, & deprauatam decimi articuli editionem: nolunt tamen eius Apologiam suscipere propter hanc, & alias similes causas, vbi meis Catholicis iuxta Dei verbum consentire conuincuntur.

Iustus Ionas Apologiam Confeßionis August. mutilat & deprauat an. 33.

Sic Hiero. zanchus scriptor non obscurus suis in miscellaneis disertè scribit fol. 287. plurima enumerans capita, quę non possent in Apologia probari. Hoc vbi Vvittebergenses Theologi animaduerterent, Iustum Ionam ad conuertendam Germanicè pertruserunt, qui suo veteri pro agnomine Coquus appellatus, audacter eam truculenti coci more iugularet, mutilaret, dilaniaret. In hunc ergo Apologiæ locum vbi coquus iste ac truculentus lanio incidisset, suo egregiè functus est laniandi officio. Nam quędam de suo adiecit quasi culinarij condimenti loco: sed eam liberalitatem atrocissimo 18. linearum vulnere compensauit. Plurima enim omisit, quæ ad concordiam faciunt de pia pro defunctis oratione: sed hoc pręcipuè caput abscidit, quod manifestam habet Protestantium veterum cum Catholicis meis concordiam. Eam Apologiam Confessionis Augustanæ sic deprauatam, sic mutilatam

Mutilatā Apologiā Confeßionis Augustanæ noui Protestantiū Theologi orbi pro prima illa incorrupta obtrudunt in opere isto Concordiæ.

lātā, ſic adulteratā audēt pro illa prima or bi obtrudere, adeoq; huic veſtrę Cōcordiæ fraudulenter inſertā inuulgare, imò gloriari ſeſe primam reuerenter ſuſcipere. An nondum videtis, ô mei Principes, quam ſuauiter homines iſti veſtra de ſalute ludunt æterna? an nondum videtis eos de illorum eſſe numero, qui lucem ponunt tenebras; & bonum dicunt malum, & malum bonum? An iſtam ne ſciunt fraudem à Iuſto Iona in hac Apologiæ verſione factā? Sciunt ſciunt procul dubio, ſciunt: ſed vos ſuis fraudibus fallere non deſinunt, quos ſuis blandis ſermonibus ſentiunt plus æquo credulos, quia vobis (vti propheta deplorat.) placentia loquuntur, ideo ſuis benedictionib. & blandiloquentijs ſeducunt cordia ſimplicium, ſeu innocentium, ac minus quam par eſt, ſerpentina illa prudentia vtentium. A qua ingenij ſimplicitate *Rom. 16.*
vos eueſtigiò, precor, liberet meus Chriſtus: qui vobis cæleſtem illam columbinam ſimplicitatem augeat, & prudentiā illam de ſerpēte Euāgelico hauſtam largiatur. *Eſa. 30.*

41 Cæterum, vt breuis ſim, Dogma de Vbiquitate quod noui iſti ſemi-Lutherani Theologi in orbem ambitioſo cona

tu pro nouo inuehere conantur Idolo, quam Lutherus claris refutat verbis.
,, Sic enim libro de vltimis verbis Dauidis scribit, Sed à momento illo inquit, quo Deitas & Humanitas vnitæ sunt in vna persona, Homo iste Mariæ filius est, & nominatur omnipotens, æternus Deus, potentiam æternam habens, omnium creator & conseruator per cõmunicationem Idiomatũ, propterea quod vna cum deitate persona, atque adeò verus Deus est. Rursus luculentioribus verbis in eodem libro. Sicut duæ naturæ in vnam personam vniuntur, sic vniuntur etiam nomina vtriusque naturæ in nomen vnius personæ; id quod nominatur communicatio Idiomatum, vel proprietatum, & Homo dicitur & est natus ex virgine Maria, & à Iudæis crucifixus. Idem nomen debet etiam tribui filio Dei & dici, Deus est natus ex Maria, & crucifixus à Iudæis. quia Deus & Homo est vna persona, & non duo filij, alter Dei, alter Mariæ, sed vnus, idemque est filius Dei & Mariæ. Porrò de vera Lutheri sententia ne quis dubitet, audiamus, precor, quid Lutherus tota cũ Academia Vvittenbergen. hac de re asseuerit. Sic enim legitur in Articulis

Baua-

 348

Bauaricis. Accuratè refutarunt Eutychē Theodoretus, & Vigilius Martyr. Et vetera dicta opponantur Svvenckeldij, & aliorum clamoribus: qui audacter similia spargunt Eutychianis, & delent doctrinam de communicatione Idiomatum. In his quorumdam tanta est petulantia; vt fingant duplicem communicationem idiomatum, aliam Dialecticam, aliam Physicam, quæ est confusio naturarum.

Hanc genuinam Lutheri doctrinam Vbiquitarijs aduersariam adeò quibusdam istorum nouæ concordiæ authorum displicuisse liquet, vt grauissimè cū illis edito vario scripto expostularint, qui hoc Dogma ipsis tribuerent: multis rationibus illic improbantes, quod nūc probant dum bellis istis noui Idoli fabris assentiri malunt, quam agnitam pridē, imò libris suis defensam constanter retinere. Quid dico libris in vulgº editis defensum? imò quam publico Synodi Dresdēsis anno 71. habitæ quasi Symbolo in orbem edito audebant profiteri.

In eo symbolo (quod breuem appellitant Orthodoxę Cōfessionis repetitionē Ecclesiarū et academiarū duci Electo

ri Saxon. Augusto parentium, præter alia controuersa dogmata, quæ ex verbo Dei sese confiteri, docere, ac defendere iactitant, asserunt & istam Vbiquitariorum doctrinam non solum suo à Luthero (cuius varia hanc in rem recẽsent testimonia) damnatam, sed & perpetuo consensui Propheticorum & Apostolicorum, & Confessionibus vniuersę Orthodoxæ ecclesiæ repugnare.

Fol. C.4.B.
Fol. C.5.A.

Immò semper fuisse hanc Vbiquitatis doctrinam vniuersiæ ecclesiæ, totiq; orbi Christiano, inde vsque ab initiò incognitam. Recte igitur in fine Confessionis istius nouæ Saxonicæ anno 71. æditę scribunt sese non modò istam nouã Vbiquitariorum doctrinam, quã Chaos ingentium prophanationum & deprauationem articuli de duabus in Christo naturis, adeoque renouationem damnatissimarũ Hæreseon Euthychianorũ & Monothelitarum vocant, sese suo suffragio non posse comprobare, verum circa finem Confessionis profitentur etiam de hoc Vbiquitatis articulo secus docentes, quam ex Luthero, & consensu Orthodoxæ ecclesiæ demõstrarint, verbo Dei repugnare, totique consensui Orthodoxarum atque Apostolicæ aduersari do-

Fol. D.5. et 6.
Fol. D.5.
Fol. D.6. B.

ctrinæ

 369

ctrinæ ſeſeque eos improbare.

Videndum igitur tibi D. Elector Illuſtriſsime Dux Auguſte, videndum tibi quam parum tibi conſulis, qui modò videns pugnantem adeò ipſam de Vbiquitate doctrinam ab eiſdem tuis Theologis & Academiarum Profeſſoribus Georgio maiore, Selneckero & alijs ni fallor plurimis ante annos nouem improbatam, immò pro manifeſta Lutheri, & verbi Dei corruptela, & indubitata Hæreſi Eutychiana damnatam, nunc ab eiſdem (ô conſtantiam Theologicã!) pro verbo Dei toleras tibi obtrudi, totique orbi impudentiſsimè venditari. Sed nunc ad alia eſt nobis tranſeundum. Suffecerit enim hic quaternio ad conuellendam & labefactandam, adeoque ſubuertẽdam iſtorum nouorum Proteſtantis partis Theologorum non ſolum ſuo Luthero: ſed ſibi etiam ipſis aduerſantiũ fidem omnem & authoritatem apud eos, quibus mens non eſt iſtorum Phrenopatωn ſeductorum & impoſtorum præſtigijs deluſa aut faſcino verius dementata.

Nunc paucis venit demonſtrandum exemplis, eos diuinas quoque Scripturas ad ſua conſtituenda nouorum dogma- CAP. 9.

tum

tum idola, sceleratissimo Lutheri sui exemplo temerare, adeóque liquidò & euidenter peruertere, vitiare, deprauare, adulterare. Postquam Lutherus meo à corpore velut inutile ac noxium, immò blasphemum, pestilensque membrum gladio spiritus esset præcisus, ac exemplo Hymenæi & Alexandri Sathanę traditus, vt disceret non blasphemare, videte, ô mei Principes, videte, quanam sit ingressus via, vt nouam sui pseudo euágelij doctrinam stabiliret. Certè non alia, quam olim eius maiores Hęresiarchæ, Marcion, Arrhius, Macedonius & Theodorus Coriarius.

Quales magistros sequutus Lutherus in stabilienda sua humana doctrina.

Primum igitur sacrosanctú Diuinarum Scripturarú Canonem violare aggreditur, librisq; aliquot decurtare. deinde S. Scripturam, quam sibi accisam videri voluit belle obtinere, varijs locis aut mutilauit, aut vitiauit, aut denique adulterauit. vti ex subtextis meridiana, spero, luce liquebit clarius exemplis. Inauditum à Christianorum memoria illud de sola fide iustificante, sine pijs operibus Dogma vt statueret, quiá ei ex diametro aduérsabatur aurea illa D. Iacobi Apostoli epistola, eam multis contumelijs vexatam ne insanis dicam cõnuit jo-con-

1. De epistola D. Iacobi à Canone proiecta per Luthe rum.

conſputam fœdisque Lœdorijs infamatam Lutherus de S. Canone ſacrilega proiecit cenſura, impurisq́ue ſuis verbis quaſi pedibus nefariè conculcauit. Adeo enim in eam furiosè inſaniuit, vt non mòdò nihil Apoſtolici ſpiritus habere aſſereret: ſed ſtramineam etiam fœdo conuitio appellare bacchantem non diſpuduerit.

Quàm indignè, ne furioſe dicam, Lutherus ſeſe hic geſſerit, ſocij Proteſtâtes, vel inde vobis liqueat, quod ſacrilegum eius factum Euãgelicus veſter frater Iohan. Caluinus præfat. in eandem epiſtolam execratus multis argumẽtis eam cõtra iniquiſsimam Lutheri cenſuram tueri ſit aggreſſus.

Sed quis nam de inſano iſthoc Lutheri ſtudio ſupereſt dubitandi locus, cùm vos ipſi nouos veſtrates ſequuti Theologos, eius diſcipulos, ipſum impij damnatis ſacrilegij? nam hanc ipſam epiſtolam D. Iacobi hoc in veſtro Concordiæ opere allegatis fol. 278. quaſi Canonicã, vt paulò inferius declarandum veniet prolixius.

Proteſtantes ſuũ damnant Lutherũ, dum eius cenſurã in opere Cõncordiæ diſertis verbis dãnant de epiſtola D. Iacobi: quam nunc recipiunt Canonicam.

Certè in noui teſtamẽti editione iuſſu Illuſtriſ. D. Ducis Vvittenbergen. anno 70. in Catalogo librorum noui teſtamen-

menti citra vllam censuræ Lutheri notã accensetur.

2. *De libris Machabæorum S. Canone sacrilega audacia deturbatis per Lutherũ.*

Quia impio suo Dogmati nouãdi studio aduersari Lutherus sensit libros Machabæorum, quod manifestius illic cum orandi, tum sacrificandi pro pijs fratribus vita functis traditur exemplum, maioribus nostris lectissimis Dei filijs probatissimum, aliam non inuenit infælix viam, qua euidens adeò & irrefragabile sibi repugnans eliderent immò eluderet argumentum, quam vt totos illos cum Iudæis aboleret libros, authoritatemque sacrilegus detraheret Canonicam.

Vide Conciliũ Laodicenum & 8. Constantinopol.

Sed quàm id fecerit irreligiose cõtra diuinum veteris Ecclesiæ præiudicium, & sacrosanctam priscarum Synodorũ authoritatem, vnus D. Augustinus vobis, ni fallor, modò ei fidẽ habere dignamini, persuadeat. Hac de re differens, hos libros Machabæorum, inquit, li. 18. de Ciuit. Dei Cap. 36. non Iudæorum suscipit Synagoga, sed Christianorum Ecclesia.

3. *Daniel mutilatus à Luthero cum suis Rabbinis Iudaizante.*

Eosdem Iudæos magistros Lutherus infælix discipulus sequutus Danielem Prophetam duobus mutilare ausus est capitibus; quæ Historiam illam omniũ Christianorũ ore celebratissimam de castissima

stissima Susanna & Dracone abolito cōtinet, in magnū piorū omnium solatium à S. Spiritu relictam, & doctissima illa propheticorum 70. Interpretum editione Christianis Ecclesijs per Apostolos initiò traditam. Quod si recipitis quod in plerisque omnibus Latinis legitur exemplaribus, ea duo cap. ex Theodotionis versione esse translata, procul dubio ille Christianorum Hostis iuratissimus non vertit, quòd Hebraicè, aut Chaldaicè tunc temporis non exstabat. Certè Origenes aurea illa ad Africanum epistola testatur sua ætate anno Domini 200. in secretioribus Iudæorum eam exstare archiuis: quam nostræ Religionis æmulatione, alijsque ex causis illic commemoratis, vt & quędā alia diuinarū scripturarū fragmenta inuidè nobis occultant.

Theodotion Græcè nō vertit, quod Hebraice, aut Chaldaice nō legisset.

Vide Origenē epist. doctiss. ad Iuliū Africanum de Canonica Susannæ historia, & alijs.

Pari temeritate & illam secundi cap. pericopen, Et ambulabant in medio flāmarum, vnà cum laudatissimo pijs vbique omnibus trium puerorum hymno Benedicite omnia opera Domini Domino, detruncauit: quam tamen Codices veteres testantur & à Theodotione hoste nostro de Hebræo conuersam. Quasi verò pijs verbum Dei non sit habendum, quod nouitij quidam Iudæo-

4. *Locus 2. Capitis Danielis mutilatus à Luthero.*

rum Christomachorum nunc temporis non habent codices!

5. *Epistolam ad Hebræos Lutheranis reijciunt.* Audaci hoc Lutheri exemplo instigati discipuli epistolam D. Pauli ad Hebræos scriptam de sacro audent præcidere Canone. quod quanam faciant impietate Pomeramus, & alij aliquot, alibi tractabitur aptius. Sic & nunc silentio prætereūdū nō arbitror Lutherū à libris veteris Testamenti reijcere, ac inter Apocrypha contra Ecc. iudicium cū Iudæis recensere librum Iudith, quē tamen Cōcilium Nicenum teste D. Hieronymo Canonicum declarauit. Item librum Sapientiæ, Tobiam, Ecclesiasticū, Baruch, cum Machabæis & parte Danielis, inquit, & Esther. Nunc ad eos transeat oratio libros diuinos, quos Lutherus veluti retinens colit, eisque diuinam tribuere videri vult authoritatem. Hos singulari quadam impietate aut mutilādo violare, aut sua figmenta assuendo vitiare, aut denique peruertendo adulterare non erubuit.

6. *Librum Iudith Luther' de Canone abijcit.*

Vide D. Hieron. Comm in Proph. et epi.

Libros prò Canonicis agnitos Lutherus vitiauit exēplo Theodori Coriarij.

Quàm multa diuinis Psalmis detraxerit Hemistichia Lutherus, semilaceres Hebræorum nouitiorum codices æmulatus, huius non est loci diffusius cōmemorare. Qui conferre non grauabitur,

tur, verum me dicere psal. decimotertio *Loca à Luthe*
& 117. & 138. agnoscet, vt & alijs pluri- *ro ad sua hu-*
mis. *mana Dogmata stabilienda impiè vitiata.*

Quò humanam suam doctrinam a-
liquo verbi Dei testimonio sibi, suisque
asserere videretur, illis D. Pauli verbis, 1.
Arbitramur Hominem fide iustificari, *Rom. 3.*
suum illud, Sola, temerè, immò impiè
audebat attexere. cùm D. Paulus sola *Addit D.*
legis opera illic à iustificatione Hominis *Paulo Luthe-*
Christiani velit exclusa, non item pios *rus vocem*
bonorum operum ex Christi spiritu ac *Sola, contra fi*
fide natorum fructus: quibus iustitiæ no *lum disputa-*
men, titulum ac elogium, ipse suo in ver *tionis Pauli-*
bo asscribit Deus. *næ.*

2.
Sic vt figmentum Orthodoxis P.P. *Vide conuiua-*
nostris inauditum fidei suæ Specialis (v- *les eius ser-*
ti Lutherus ipse suis in symposijs apud *mones In Tischrede.*
combibones solet gloriari) Verbo Dei *fol. 365.*
quasi palliaret, illud psalm. 50. spiritum
rectum innoua in visceribus meis, ad- *Vocem Recta*
ulterauit reddens, gib mir einen newen *deprauat Lu-*
gewissen geist. Spiritum nouum & indu- *therus in cer-*
bitatum; & nihil de obtinēda æterna sa- *tum, & indu-*
lute ambigentem. Atqui rectum & iu- *bium.*
stum facientem spiritum postulat Pro-
pheta: quo à peccati deuio in directam
diuinæ iustitiæ semitā reducatur, & re-
ctus, iustusque efficiatur.

Nuncin medium veniant aliquot verbi Dei loca, quæ instar Marcionis Pontici, aut Arrhij, aut Macedonij peruertendo, aut corrumpēdo deprauauit Lutherus. Apostolorum & Sanctorum ad vnum omnium honorem & cultum aboliturus, illud prophetæ Dauidis oraculum, mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus! suos cæcos Iudaizantes Rabbinos sequutus peruertit, Quā preciosæ mihi sunt Deus cogitationes tuæ, quam magna est earum summa!

3. *Contra sancto rum cultum.*

4. *Contra pia opera Deo gratissima.*

Quò pia piorum Hominum infamaret opera, & veluti omnia sint fędissimis peccati sordibus contaminata & Deo execranda, illam Dauidis psal. 50. cōfessionem, Tibi soli peccaui, magna & horribili audacia vitiare audent, Tibi solum pecco. & nequid supersit pudoris ingenui, addunt suos improbiores discipuli commentarios, Philippus locis Comm. ann. 525. in orbē proiectis. Tibi solū pecco. hoc est quidquid ago, pecco; vti & Brentium non dispuduit contra veritatatem Hebraicam hoc deprauare oraculum.

5. *Contra peccatū originale. Rom. 5.*

Sic ad peccati originalis extenuationem illud D. Pauli capitulum omnem abolens Pelagianismum à Caluinistis &

Ana-

Anabaptiſtis renouatum, In quo omnes peccauerũt, Lutherus nouatores Tigurinos, aut neſcio quos neo-Theologos imitaturus peruertit. Quandoquidẽ oẽs peccauerunt (dieweil) poſteaquã peccauerunt: cùm ſit originis indicium, non exempli aut euentus, In quo Adam omnes, ait Paulus peccauerunt, non imitatione, quod Pelagiani commentantur. Verùm atrocioris eſt audaciæ quod ad ſtatuendum ſuum nouæ doctrinæ idolũ de concupiſcentia in Renatis reliqua, quòd ſemper ſit peccatum, audent ſua verba Diuo Paulo attexere ac quaſi de verbo Dei nouam ſuam promere doctrinam. Prima enim Apologia anno 31. edita fol. 1. primo ſic ad verbum habet, Præterea Paulus ait, Concupiſcentiam eſſe peccatum neſciebam niſi lex diceret non concupiſces.

6. Alius Pauli locus à Proteſtantibus deprauatus additione. Rom. 7.

Vbi, obſecro te, Philippe, hoc Paulus dicit? an tuo in textu Græco? an latino? an tuo Saxonico, ſimul nouo tuo cum Euangelio nato? Cuius corruptelę quũ puderet Iuſtum Ionam, videte, quæſo vos Principes & Proteſtantium duces, videte vt veſtram Apologiam deprauarit, veſtræque concordiæ opus nobili alio mendacio deturparit.

Apologiã deprauat Iuſtus Ionas.

Concordiæ fol.27. Dar vber ſaght Paulus Ro. 7. inquit, die ſunde erkandt ich nicht one durch das geſetz. Præterea dicit Paulus Roma. 7. peccatum ego neſciebam. Atqui Paulus, mi Iona, non dixit peccatum; ſed cōcupiſcentiam neſciebam. vnde tui flagitij conſcientia cōuictus mox adiecta appendice duplicaſti mendacium, da ſagt je Paulus dürre herauß Ich wüſte nit das die lüſte ſünde war. Ibi Paulus palam dicit, Ego neſciebam concupiſcentiam eſſe peccatum. At iſtud Paulus nuſquā dicit. Impietate ſimili Marcionem illum meritò nunc Ponticum dictum Lutherus ſequutus verba D. Pauli 1. Cor. 15. duplici deprauat corruptela. Quod D. Paulus docet adhortādo, Portemus imaginem cæleſtis, Lutherus Græcos codices à Marcione olim deprauatos ſequut⁹ peruertit, Portabimus. Wir ſollen dragē.

Iuſtus Ionas duplicat ſuā corruptelā in D. Paulum et Apologiā Con feſſ. auguſt.

7. *Alia corruptela D. Pauli ad Corin.*

Sed atrocioris eſt vulneris, quod idē Lutherus eundem Marcionem æmulatus illud Paulinū Chriſti encomiū, ſecūdus Homo de cælo cæleſtis, ſua in verſione vitiauit, Secundus Homo de cælo Dominus: quemadmodū teſtatur Tertullianus li. v. cōtra Marcionē & Origenes Dialogo de fide cōtra Marcioniſtas.

8. *Altera eiuſdē Paulinæ ſentētiæ corruptela.*

Quia Lutherus bonorum operum vacuus

9. *Cōtra bona fidelīū opera.*

cuus ipsorum hostis fuit omnium infestissimus vt fictitiæ suæ soli iustificanti fidei gratularetur, ac velut victoriam ante triumphum caneret, illud D. Lucæ capitulum Acto. 3. quód de potestate ac miraculorum facultate dixit D. Petrus, *Act. 3.* ipse odio, vt dixi, piorum operum meriti ita deprauat, apertissiméque vitiat, vt D. Petrus omnia videatur abolere pij operis merita. Quid nos aspicitis, inquit, quasi nos claudum hunc ambulare fecerimus, Durch vnser eigene krafft/oder verdienst? propria nostra potestate aut merito? Sed quid D. Petro, Luthere, quæso, tunc temporis in mentem veniret de suorum operum merito, cùm totus esset in asserenda & vindicanda Christi Iesu gloria? cuius dono, non Petri merito, claudus ille fuerat sanatus? Sed fallaci magistro idoneus est iste locus visus, cuius peruersione omnia semel funditus sibi videbatur subuertisse diuina piorũ operum merita. Verùm ea firmioribus verbi Dei nitũtur testimonijs, quam vt vllo impiorũ hominũ studio, stolidoq; conatu possint aboleri: adeo vt vel Lutherus ipse illa non fuerit ausus (licet temeritate sacrilega egregiè oés in adulterando superarit Hæresiarchas:) teme-

Potestatẽ Lutherus deprauat in meritũ vt piorũ operũ aboleret meritum.

Lutherus vi veritatis adactus ipsa

piorum operũ agnoſcit meri ta in ſua Bibliorũ verſione.

rare, aut deprauare. Quod enim libro Eccleſiaſtici cap. 16. legimus, omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum, ita Lutherus reddidit. Alle wolthat wirt ire ſtet finden / vnd einem jeglichen wirdt wyder fahren wie ers verdient hat.

Item paulo ſuperius de iudicio Dei loquens, Richtet einen jeglichen / wie ers verdienet; vt exſtat in biblijs magnis ann. 70. iuſſu D. Ducis Vvittenbergen. Francfordiæ per Georgium Raben editis.

10\.

Contra Dei cultum per Canonicas preces, certis, ſtatiſque horis reddẽdum.

Maiori verò perfidia Lutherus certũ illud colendi Dei tempus pijs omnibus ſemper vſitatiſsimum, quod ab ordine temporum, quibus Deus inuocatur, Canonicum dicitur, vt ſemel aboleret, illud D. Lucæ cap Act. 3. Petrus & Iohã. aſcendebant ad templum ad Horam orationis nonam, ipſe hunc veræ pietatis ritum de medio cupiens ſublatum, audacia prorſus flagitioſa, imò ſacrilega peruertit, Aſſcendebant Hora nona ad orãdum; cùm D. Lucas magis ſignificare voluerit Apoſtolos certa illa orandi, & colendi Dei poſt meridiem Hora in tẽplum Salomonicum aſſcendiſſe.

Pijs ſemper certũ, ſtatũq; fuit Deũ orãdi & colendi tempus.

Sic enim maiores ſuum Diuini cultus exer-

355

exercitium in certas distribuere Horas, vt vel ipso vitæ istius fluxæ curriculo, quod certis effluit horis, admoniti de officio, Deum colerent. Sic in Daniele, Dauide, Isaak, & alijs licet obseruare. Hinc vnum illorum Nona vocabatur, quod in vesperam decurrebat. Istud D. Lucas suo in textu Græco per Articulum illi voci additum expresit manifestius, quã vt vel semirudis linguæ discipulus addubitare queat.

Nona cuius diuini cultus olim fuerit indicium & monitor.

Ascenderunt inquit ad illam orationis Horam, τὴν ἐννάτην, quæ Nona est: quod & Germani Latinis aptius sonant des ghebedes / die daer de neghende / offt Nona heet.

Istud adeò prudentibus est manifestũ vt vel ipse Lutherus aliquot post annos sibi redditus, ac meliori menti restitutus nouam molitus versionem hunc D. Lucę locũ ita expresserit. „Als mã phlegt „zubitten / Ascenderunt ad templum hora nona quando fieri solet oratio. Quæ posterior versio illud certum maiorib9 nostris Deum orandi tempus ita diserte exponit, vt nihil dubitet amplius, nisi qui cum ratione statuit insanire.

Palinodia Lutheri cõfirmat Horas Canonicas Catholicæ Ecclesiæ.

Qua ex inconstantia Lutheri vestri facilè, opinor, videtis Principes quã sua

in verſione mereatur fidem. Hanc enim ſibi temerarius, immò falſarius deprauator ſemel abrogauit, quando manifeſtũ adeò verbi Dei locum ſacrilega non minus, quam manifeſta non dubitauit violare corruptela. Quod crimen ipſi & Bucerus, & Oſiandrini, & alij veſtræ Diſcordiæ ſocij (vt meos taceam, Staphylum, Lindanum, Cochleum, Eccium) ſæpius meritò exprobrarunt. Sed nos modò ad alias tranſeamus verbi Dei nõ minoris flagitij deprauationes, nec leuioris ponderis corruptelas à Luthero veſtro ſceleratiſsimè deſignatas. Vt locis ſuperioribus vitiatis ac data opera deprauatis Luther⁹ quędã fidei Catholicę Dogmata conabatur euertere: ita alia nũc reſtant quæ depromamus, quibus totũ Religionis Chriſtianę corpus ſtudebat abolere; nec volo hic omnia ad viuũ reſecare: ſed vnum fuerit plurimorũ inſtar, vnde vobis, Principes, liqueat qua fide Lutherus veſter diuinas ſibi aggrediebatur vertere ſcripturas. Apoſtolico, vt dixi, gladio diræ illius excommunicationis à Chriſti corpore præciſus, ac Sathanæ traditus, in nullam Chriſtianæ Religionis partem abolendam ita ferox ac verè phanaticus incubuit, atque in ſacroſan-

Vide Confeſſ. Mansfeld.

II. *Loca ad abolẽdam Chriſti religionem à Luthero vitiata.*

ctum ſponſi mei Chriſti Ieſu ſacrificium Eccleſiæ Catholicæ peculiariter traditum. hoc vt funditus ſemel aboleret, Prophetiam illam Danielis de Antichriſto illo patribus noſtris & Iudæis conſentientibus, accipiendam, Quòd colet Deum Mauſim, ipſe omnibus funibus contendit de ſacro ſanctio Miſſæ ſacrificio propriè intelligendam. Vult paſtor *Zach. 11.* iſte cæcus, & idolum, vti Zacharias appellat, Dei ſpiritum in Daniele ad vocabulum Miſſæ alludere lingua Chaldaica, vt illud imperitis magis redderet execrabile.

Poſtquam nomine Mauſim templa & Monaſteria impius finxiſſet accipienda, quod ea (inquit Comm. in caput Dã. xij) robuſti & ſumptuoſi ſunt ædificij, Angelus hac voce Mauſim (ſubdit poſt paucula minus blaſphema) præcipuè maximum illud, ac ſummum Religionis Pontificiæ caput, ac illam omniũ ſceleratiſsimam abominationem voluit accipiendam (Claudite aures, filij mei, claudite aures, ne blaſphemiæ ſqualor vos attaminet) quæ eſt ipſorum Miſſa. Optaret quidem Angelum Danieli diſerto dicere vocabulo, Colet Deum ſuum Miſſam, ideoque vocẽ libẽter inflectit,

Figmenta puerilia Lutheri ad explendũ ſuum in Chriſti myſteria odium.

Os blaſphemũ in ſacra Chriſti myſteria.

Christi sacrificium Eccle. Christianæ Missam vocarunt;id vsu Latini sermonis declinantis factum est:quando à voce mittere deriuarunt Missa;vt à Remittere natum est illo seculo Remissa; qua & Cyprianus & Tertullianus pro peccatorum remissione cum plebe vtebantur. Vox ergo Missa Martyribus Christi Apostolorum discipulis ante annos 1400. vsitatissima pro illo vsurpabatur sacrificio Christiano,in cuius fine populo in Synaxi congregato dicebat Diaconus. Ite! Missa est,siue,vobis Missio est, ac dimissio vt domos quisq; suas repetat.

melias diaboli discipulo & certissimo Antichristi discipulo dignißimas.

Missa plebis Latina vox, vt et remissa.

Hoc ad imitationem Apostolici officij Latinis tam in Missa Catechumenorum,quam in missa fideliũ canebatur: sicuti apud Græcos etiamnũ fit simili prorsus significatione ἀπόλυσις, dimissio, vti in Liturgia Diui Chrysostomi apparet. Missa igitur nõ est vox istius Idoli,quod Dei spiritus Mausim vocat:sed Christianis viris Latina lingua per Africam & Italiam populariter vtentibus idem est, quod Apostoli,teste D. Luca Act o. 13. Liturgiam appellarunt,à publico Ecclesiæ Christianæ sacrificio. Siue ergo hoc sacrificiũ à Christo iuxta ordinem Melchisedech ad Prophetarum oracula institu-

Missam Latinam appellat Dei spiritus Liturgiam. Act. 13. Psal. 109. Malach. 3:

ſtitutum appelletur Liturgia Diuis Apoſtolis, ſiue Proſphora Patribus Nicenis Græcis, ſiue Miſſa occidentalibus & Latinis, ſiue Anaphora Syris, ſiue alijs alio nomine: res ipſa eadem manet inuiolata. Longi operis eſſet hac de re diſputationem ingredi, nunc eam piè vobis retinendam (modò veſtræ Confeſsioni Auguſtanæ fidem præſtare in animo eſt) paucis demonſtrabimus.

Miſſam neceſſariò eſſe Proteſtantibus obtinendam ſi ſuaà Confeſſione Auguſtana nolint degenerare ac reclamare.

Cũ pro veſtræ fidei fundaměto Symbolum Nicenum iaciatis, illud indubia fide ſuſcipere atque colere legitima non poteſtis reuerentia: niſi & indubitatos eiuſdem Concilij tantopere pijs omnibus ſemper venerandi Canones pari ſuſcipiatis auctoritate. temerè namque vnam Apoſtolicæ certóque diuinæ patrũ illorum Orthodoxorum partem doctrinæ contra infeſtiſsimos Arrhianos ſuſcipitis, ſi reliqua contumaciter reſpuatis, quod ſani nõ eſt cerebri, neque ſuos in patres reuerentiæ Chriſtianis viris dignæ. In hũc ergo modum ſanctiſsimi illi patres toto amplius triennio Eccleſiæ Chriſti gubernandę ac componendę intenti definierunt.

Neq; regula neq; conſuetudo (inquiũt PP. Can. 14.) tradidit vt hi qui offe-

rendi

rendi nõ habent potestatẽ (ἐξουσίαν προσφέρειν, facultatẽ sacrificandi) his qui offerũt (τοῖς προσφέρουσι, sacrificiũ offerẽtib᷒) dent corpus Dñi. Illa offerendi, τοῦ προσφέρειν, immolandi & sacrificandi vox ecquid obsecro aliud est, quã vt populari Christianorũ more loquamur Missam faciendi? Si ergo Missa est illud D. Danieli Idolũ reuelatũ, quomodo, precor & vos, ô mei Principes, nõ estis Idololatræ, qvos Missã obtinere vestra in Cõfess. Augustana verbis disertis iã pridẽ profitemini? Sed hic falsi tenetur conuictus ille pseudo-propheta D. Danielis corruptor, & deprauator. Qđ indesoiis luce liqueat manifestius, ꝙ Dei spiritus ibidẽ declarat Idolũ illud Mausim ab Antichristo erigendũ fore nouũ quoddã, & ꝙ eius patres, inquit Propheta, ignorarunt, nõ cognouerũt & nesciert. Iã in cõfesso est apud pios vbiq; omnes rẽ huius sacrificij Christiani, quod vario idiomate aut Liturgia aut Prosphora, aut Anaphora, aut de[illegible]iq; Missa vocatur, adeò nõ esse patribus Ro. pontificũ ignotã, vt ipsã Apostolorũ ætatẽ redoleat, & doctrinã verè sapiat Euãgelicã. Eius. n. D. Luc. Act. 13. disertè meminit λιτουργούντων, ministrantibus Apostolis & seniorib᷒, siue vti clari᷒

Prosphoram PP. Niceni appellant Missam, siue oblationem sacrificij Christiani.

Idolum Antichristi Mausim Patribus erit ignotum. Non potest igitur hoc Missa esse, Patribus nostris Orthodoxis omnibus semper notißima tota terrarũ orbe.

cet, oracula. Viuens in delitijs cum illis Paulinis viduis, quæ luxuriatæ nubere volebant, primam fidem irritam facere conantes, prophetę sibi nomen arrogãs; Viuus eram pestis, inquit, moriens ero mors tua Papa. Cuius Prophetiæ duplicem partẽ si animo expendatis candido, ô mei Principes, agnoscetis vna quidem parte fuisse veram: altera esse manifestò falsam. Viuus enim digressus in cõcilium impiorũ Iohannis Husij, Vvycleffi, & Hiero. de Praga, cum staret in via peccantium, adulterorũ, & incestuosorum, ac tandem sedens in Cathedra pestilentiæ, Manichæi, (cuius varia titulo Euangelij renouauit Dogmata) & Arrhij quo cum Apostolicum illud Homousion improbauit, verissima fuit Catholicę Christi Ecclesię pestis: qua, eheu dolor! tot Myriadas filiorum meorum chariss. per vtramque Germaniam, Austriam, Daniam, & Hungariam perniciose infecit: Cæterum altera eius oraculi pars, quantis, & quam horrendis modò scateat manifestissimarum vanitatũ fumis, ipsi vos, nisi toto aberro equidem cælo & terra, videtis. Rom. Pontifici magnam sanè ac mihi in primis cum pijs omnibus perpetuò lugendam filiorũ de- 1. Tim. 5.

Apoc. 12. traxit partem, vti prophetiæ illi Apocalypticæ congruebat: quod ſtella de Cælo cadens magnam ſtellarum partem ſua cauda in terram detraheret. quòd eſt, Lutherus egregia doctrinæ monaſticæ luce non obſcurus; & monaſtico cultu ceu Religionis Auguſtinianæ inſigni ornatus, plurimos frigidos ſacerdotes, ſimulatos Monachos, cupidos Principes, auaroſque Mercatores in terrenas præcipitauit rerum iſtius mundi cupiditates: quibus inflammati terrenas Eccleſiarum inuaſerunt poſſeſsiones, aut carnalibus ſeſe voluptatibus tradiderunt.

Sed quod Romano Pontifici mors eſſet futurus Lutherus, ipſa res nunc vobis, modò veſtros dignamini oculos aperire, conuincit falſiſsimum. Ab iſtius enim infeliciſsimæ Apocalypticæ ſtellæ occaſu adeò ille nõ eſt exſtinctus, quod pſeudo propheta ſomniabat, vt eius paſtoratus in plures nunc ſit prorogatus ſubditorum Myriadas, quam illi ſua peſte miſer miſeras ſuſtulit centurias. Cogitate mihi quæſo Principes & Germanorum Optimates populoſiſsima illa Indorum, Synarum, &c, quando Chriſto meo placebit ſponſo, Moſcouitarum re-

gna,

gna:an non verissimum esse, quod dico, agnoscitis?

Si ergo Lutherus hoc in mendacio tanquam fur suo in αὐτοφώρῳ deprehésus à vobis iudicatur pseudo-propheta, videte vos, obsecro per Christum, videte ne & vos illa sua seducat amplius pseudo-prophetia: qua vobis adulando & palpando persuadere conabatur Rom. Imperium vestrum à Roma. Pontifice olim in vos translatum in tempora vsque illius magni Antichristi duraturum saluum atque incolume temerarius pollicetur. Paris enim est certitudinis, cuius illa eiusdem pseudo-prophetæ Lutheri fuit prophetia, quam corrupto V. Capitis Iudicum loco suis cantillans hominibus rusticanis, eos contrà vestros maiores ann. 25. ad capienda arma tanquam Bellonæ sacerdos inflāmabat. Eò namque verbis Cantici Prophetæ Deboræ abusus, quod nos legimus Cessauerunt fortes in Israel, & 70. Defecerunt fortes in Israel, ipse peruertit Es gebracht an den Bauren in Israel: an bauren gebrachs q. d. stabat per Rusticos: quos scilicet Iudæorum Capitanei non adhibuissent commilitones contra Syzaram, & alios Iudaici populi Ho-

Præfat. in Danielem Prophetia falsa Lutheri de Rom. Imperij duratione apud Germanos.

Iudic. 5.

Deprauat Lutherus verba Scripturæ ad fundandam suam Prophetiam in rebellione rusticorum contra Principes Germaniæ.

ribus sibi eleemosynas iure petunt, aut repetere student, causa viduarum & pupillorum ad vos non potest intrare. *Ozee.10.*

Quod si hanc non timetis verã verbi Dei prophetiam, ne vestrum aliò trãsferatur regnum, illam non potestis non timere, modò Deum ipsum timetis, Diuisum est cor eorũ, nunc peribunt Causam addit Diuinus Propheta, Ipse Dominus sponsæ suę Zelator confringet simulachra, siue idola eorum, quæ procul dubio varia cuique sunt doctrinæ non Euangelicæ Dogmata, Hæreticorum inter se corda esse diuisa (inquit Hiero. Comm.) & contrarijs repugnare sentẽtijs, ipsi non negant, dum diuersa sentiunt. Cui nam obsecro dubiũ esse queat Germanos varijs inter se diuisos & dissectos doctrinis, quarum tamen pro Euangelica quisque suam iactitat? Sed de Protestantibus ipsis ordinibus res notior est, quam vt quis nunc sit inficiando. *Osee.*

Protestantes inter sese varijs sectis diuisi, quorum tamen singuli purũ sibi vindicant Euangelium.

Plurimi enim nouæ isti Concordiæ noluerunt subscribere, aliter de fidei Dogmatibus, quam noua hæc noui Euangelij norma docet, sentientes. Quod vnus Landtgrauius Hessiæ, cum Augustana Republ. & Norinbergen. alijque

ostendunt manifestius quam vt sit vnũ addendum verbulum.

Deijs quorũ nomina tam longo ambitiose ostentat vestra Concordia catalogo, alijs dicẽdum relinquo, quibus artibus inducti, quibus muneribus, varijsque spebus illecti, quibus minis territi subscripserint, rursus qua sub conditione, qua verborum formula, qua exceptione, aut moderatione signarint; quæ omnia tandem manifestius prodet temporis filia veritas. Illud hic suffecerit, Dominum Deum varia ista nouorũ Dogmatum aboliturum idola, quia diuisa sunt: qui & vastabit titulos, quibus singuli suis appellantur nominibus, vt nequaquam Christi Ecclesia, sed Lutheri, vel Caluini vel alterius dicantur.

Hiero. in Cõ. Ozee. 10.

Huc & illud pertinet quod Philippus Melanchthon cælestem religiosi ieiunij efficaciam impio extenuaturus conatu verba S. Euangelij peruertit, illud in locis cõmunibus suis antiquioribus toties mutatis, & aliã atque aliã in faciem mangonizatis deprauans Christi oraculum, Hoc genus Dęmoniorũ nõ eijcitur nisi in ieiunio & oratione, quasi tantũ ad faciliorẽ orationis effectũ valeat sacro sanctũ ieiunium: cũ D. Christus dixerit, nisi in

Matth. 17.

Loca Scripturarum à Melanchthone adulterata.

ti in oratione & ieiunio: quib' in verbis 1.
vtrumque valere diserte docet Christ'
ad cohibendas, imò propulsandas adeoq;
vincendas infestissimorum nobis dæmo
niorũ insidias, tentationes & oppugnati
ones. Sic & illud Psal. 50. Tibi soli pecca-
ui, ad suũ anticipatum Dogma impium, 2.
Quod omnia nostra opera sunt peccata,
constituendũ, contra manifestissimum
vel rudimẽtarijs Hebraicę veritatis tex-
tum, imò contra suã conscientiã peruer-
tit, Tibi solum pecco, siue Tibi tantum
sum peccator & malum coram te facio,
Locis Cõ. an. 52. fol. 431. Eadem in frau- *Ioh. Brentius.*
de sacrilega tenetur conuictus Iohã. Brẽ 1.
tius, qui tertia Pericope Apologiæ fol.
1586. eundem psal. locum simili adulte-
rat peruersione.

Idem & illud D. Lucę, Dimissa sunt ei 2.
peccata multa, quoniam dilexit multũ,
caussam subdole ac verè sophistice trãs-
mutans in effectũ peruertit, Idcirco dile
xit multũ. Hanc ad classem & illud Iac.
Andreæ D. referendũ impiæ fraudulen-
tiæ nõ ignobile facinus: qui libro de cer-
titudine salutis fol. 14. ann. 63. audet in
verbis D. Iohã. Euangelistæ loco Qui,
adulterare Quia, primo alphabeti adie- *Iac. Andreas deprauat S. Scripturã, ex*
ctoq; elemẽto: vt fictitiã suã fidẽ specialẽ,

Qui, faciens Quia. O fabrũ exclusorem! confirmaret in speciem solidius, quo sophistico suo artificio Vulcanius iste faber non excudat nobis quale tandem cũque volet Euangelium? Eodem mendacij spiritu magistro afflati & fraterculi vestri Anabaptistæ ad simpliciũ fraudẽ sane perniciosam illa Christi Domini verba in cæna tam diserte nobis proposita audent peruertere. Testatur Iohan. Lonicerus in Encomio linguæ Græcæ nouum Testa. se vidisse, in quo reddiderat N. Hoc est corpus meum, quod vobis præfrangitur, & Calix sanguinis, qui vobis præfunditur aut prępropinatur. Istum in modum Euangelici vestri Doctores & magistri, ô mei Protestantes, S. Scripturam ad sua deprauant desideria, ne vllum Dogma ignaro popello gratũ diuinis destitutũ videatur testimonijs. Quam igitur eis fidem vir prudens, suęque salutis æternæ solicitus in cumulatis illis verbi Dei allegationibus habere queat?

Verba Cœnæ Dominicæ adulterata per Euãgelicos nouos.

CAP. 10. Sed hic mihi illud silentio non arbitror dissimulandum, quòd manifestissimam Theologorum vestrorum, Principes & Gubernatores Protestantes, arguat sycophantiam; qua meos Catholicos filios solent apud vos hac etiam ipsa

313

in Concordia falſo traducere, immo nefariæ impietatis & exſecrandæ adeò Idololatriæ manifeſtam per calumniam accuſare. In controuerſis articulis Concordiæ libro expoſitis cap. 7. de Cæna Domini inter damnata Dogmata XXI. illic fol. 241. enumerata, prima omnium cẽſetur Tranſſubſtãtiatio, vti aiunt, Papiſtica: qua docetur panem & vinum in cæna Domini ſubſtantiam & naturalẽ eſſentiam amittere, & ita ad nihilum redigi, vt in corpus Chriſti mutentur, & ſolum externa ſpecies maneat. Si damnãda eſt Tranſſubſtantiatio, damnanda etiam eſt, attẽdite, precor, ò Principes mei & optimates, attendite, damnanda eſt, inquam, & hæc veſtræ Concordiæ codice comprehenſa Confeſsio Auguſtana; quę Articulo decimo illam diſertè affirmat. Sicuti & Apologia eius prima per vos, veſtroſque Theologos hoc eodem in Concordiæ libro fol. 228. & 254. approbata: quæ illam multis argumentis partim ex verbo Dei, partim ex Orthodoxorum Patrum teſtimonijs, partim ex Eccleſiarum tam Gręcæ, quam Latinæ conſenſu petitis, accurato ſtudio dedit nobis concorditer confirmatam: vti ex ſuperius allegatis nulli poteſt ęſſe ob-

ſcurum. Quid enim aliud eſt quòd articulo 10. vos credere aſſeritis, In Cæna exhiberi veſcentibus ſub ſpecie panis Corpus domini, quàm ibi Corpus Domini eſſe non ſub pane, ſed ſub eius ſpecie? nō ſub panis eſſentia, aut natura: ſed tantum accidentibus? quemadmodum vobis, aut infelicibus potius veſtris maioribus Carol⁹ V. A. ipſis Comitijs Auguſt. anno 30 ſuos per Theologos iuſsit explicari quo nam ſenſu illud articuli veſtri 10. capitulum, Sub ſpecie panis, deberet intelligi, ſi eum ſibi putarent approbandū. Ad quam monitionem cum vos tacueritis, neque tunc illi Catholicorum confutationi aliquid reſponderitis, procul dubio idem mecum, meiſque cum Catholicis illo tempore ſentiebatis. Si quis autem moroſulus veſtro de conſenſu tunc patefacto addubitat, veſtram conſulat primam Confeſsionis veſtræ Auguſtanæ Apologiam: quæ anno 31. Vitenbergæ in orbem effuſa diſertiſsimis verbis affirmat, immò teſtimonijs varijs euincit ſacrum panem in corpus DOMINI MVTARI, ſiue vt eſt in Canone Miſſæ, quem citat prima incorrupta Apologia μεταβαλεῖν, ſiue vt Damaſcenus ὑπερφυῶς μεταποιεῖσθαι ſupernaturaliter trāſmutari

Hac de cauſſa Hesbuſius dānat primam Confeßionis Auguſt. Apologiam lib. cōtra Beſam fol. N.3.

mutari, &, si licet per vos ita loqui, μεταστοιχειοῦν, transelementari, atque transsubstantiari. Quod nisi fiat, non est illa panis mutatio, quam Orthodoxi PP. illic à vobis met ipsis pridem recitati docent, quia vt substantialem notarent rerum mutationem, diserte cauent panem hunc non esse tantum figuram Corporis Domini, sed verè in carnem transformari, transferri, atque mutari.

Vide Liturgias DD. Basil. & Chrysost. Damasc. li. 4. cap. 14. Theophyl. in Matth. c. 26. & Marc. 14.

Hoc sensisse maiores vestros in sua Germanica Confessione Augustana Carolo V. A. exhibita, indubitanter, imò euidenter testantur liquida primæ atq; incorruptæ illius Apologiæ verba inferius paulò subtexta, Aiunt sese defendere (inquit) receptam in tota Ecclesia sententiam. Si ergo vos, sicuti & maiores vestri Augustanæ Confessionis nũc postliminio suæ integritati per vos restitutæ meis Catholicis filijs consentitis hac in diuinæ transsubstãtiationis doctrina, cur eam vestri Theologi damnant quasi erroneam, immò idololatricam? cùm vos ipsi in hac vera vestra Confessione Augustana, & incorrupta eiusdem prima Apologia eandem profiteamini doctrinã ceu ex Euãgelio Christi ortam, & pijs Orthodoxorum

pa-

patrum à vobis illic allegatorum senten tijs verè consentaneam?

Immerito igitur Catholici mei filij à vobis aut nouis veri⁹ vestris Theologis nunc accusantur Idololatriæ, aut erroris impij atque phanatici, quod sacrum panem docent specie tantum manere: nisi & vos ipsos eiusdem damnare vultis erroris Idololatrici.

Apostrophe ad nouos Theologos Protestā tium. qui manifesto in mēdacio deprehensi demonstrantur: ac suo Cōcordiæ operire ipsa contradicere; modò suis habent fidē verbis.

Vide orat. 1. cap. 6.

Quæ cum ita sint, nunc mihi pace liceat vestra, ô mei Principes & Ciuium Optimates, vestris cum Theologis Protestātibus paucis quæso agere. Non vos pudet, amici, folio 228. & 254. huius Cōcordiæ nouæ profiteri, vos recipere Cōfessionem illam primam, & incorruptā eius Apologiam anno 1531. per impressionem publicatam? Si ex animo hanc primam Confessionis Augustanæ Apologiam suscipitis, cur eam vnà obsecro cum illa non in lucem edidistis? At quā modò vultis orbi Christiano proiactata prima illa & incorrupta obtrudere, superius ea est falsi ac deprauationis, siue manifestissimarū mutilationū liquidò conuicta. Hoccine vos Theologi doctores Heshusi, Selneckere, Smidline, Muscule, Chemniti, vestris cum insulsis pædagogorum manipulis & semigrammaticis

 365

cis ludimagistellorum atque Custodũ gregibus huic Concordiæ nouæ subscri bentibus, verum est Christi Euangeliũ prædicare? Hoccine bona fide Christi negotium agere? Hoccine veram in S. Rom. imperio Religionis constituere concordiam? Cùm igitur videatis, Prin cipes & Ciuium Optimates, Theologos vestros nouos Protestãtes falsa pro veris impudenter adeò, non minus quam fraudulenter vobis venditare; adulterina pro genuinis orbi obtrudere, asystata & inconstantia pro confessis perfricta fronte iactitare, Quænam vobis, vos ve stram per salutem obsecro, securitas est ijs hominibus vestrã credere salutẽ sem piternam?

Illud nunc paucis venit vobis, ô mei Principes & populorum Duces atque optimates, exponendum, ne quid omittã quod ad desertam Christi veritatem agnoscendam & recipiendam faciat, Cõfessionem vestram hanc Augustanam esse vere Semichristianam: quod plurima fidei Dogmata, primariaque capita callidè dissimulat, & subdole reliquit in tacta. Siquidem de pia sacro-sanctæ Trinitatis inuocatione nihil docet, immò vsum à maioribus vestris traditum CAP. II.

illa

illa orandi formula, Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis! vestra de Litania erasistis, proiecistis, proculcastis. similis est notæ aliorum Conciliorū Oecumenicorum præter quam Niceni, symbola reijcere: cùm eiusdem sint authoris Spiritus sancti oracula, Catholicā Christi Ecclesiam docentis, gubernantis, & in omnem iuxta infallibile spōsi mei Christi promissum deducentis veritatē. quā qui sequuntur, pax Dei super eos; qui nō recipiunt, aut receptam repudiant, Deo placere non possunt, cum teste D. Paulo
Heb. 11. sit impossibile sine fide Deo placere. Si Deo non placetis, procul dubio in eius odio propter manifestam violatæ fidei meæ Catholicæ offensionem viuitis. Ideoque non iam Christiani censendi estis: sed Antichristiani: qui Christum vobis ab Apostolis, ipsorūq; successoribus adnunciatum non recipitis; aut potius non obtinetis; sicuti pijs maioribus vestris, totiq; orbi meo Christiano fuit concorditer abinitio adnunciatus; quod verè demum facit Antichristianos. Quā
Parasceue ad Epilogum per exhortationē ad solidam in vnum fidei Cō notam omnium sanè grauissimam & verè infelicissimam pijsque omnibus exsecrandam vt nō solum nomine, quod meritò abhorretis, sed re quoq; ipsa effugia-
tis,

tis, Hortor, obnixéq; rogo. Quod fiet, si mea contenti Confeſsione fidei Catholicæ, non ſolũ tria illa retineatis Symbola, & ea quidẽ verbis ſenſuq; ab Apoſtolis eorumq; diſcipulis pridem tradito, integra, non vt in veſtro liquet Concordiæ opere ann. 80. in lucem edito, ſex locis adulterata, verum etiam aliorũ Conciliorũ Oecumenicorũ. potiſſ. Epheſini & Chalcedonenſis Symbola amplectamini. Quę ſi vobis placere, atq; nobiſcũ cõcorditer probari queant, nihil admodũ fuerit opus nouã edere Cõfeſsionẽ, ſiue Auguſtanã, ſiue Gallicanã, ſiue Anglicanã; q̃ iam nomẽ Chriſti cũ exuerint, non amplius ſunt Chriſtianę: ſed vnã vno ore, vno verborũ cõtextu, vno ſenſu, nullis ſchiſmatũ rupturis hiantẽ, nullis dogmatũ diſsidijs diſſentaneã, nullis deniq; fidei articulis aut ſacrilegè diminutã aut impie auctã, oẽs Confeſsionẽ vnanimiter profiteãtur Chriſtianã, q̃ & illa à vobis temerè, imò irreligioſe addita reſpuat; & q̃ detrahendo impiè abieciſtis, blaſphemeq; ꝓculcaſtis ſarta tecta reſtituat, eoq; corpori catholico reconciliet ac readunet. Alioqui formidabile, ac vere horribile illud DD. Cyp. & Aug. in vos quadrabit elogiũ, eos qui ab Eccle. Catho-

feſſione reconciliationẽ atque ad Chriſtianam in vnũ corpus readunationem, & Euangelicam fratrum concordiam.

Vide D. Cyprianum de Eccleſiæ vnitate atq; D. Auguſt. cõtra Donat.

A diuino Oecumenici Concilij praeiudicio.

tholicæ charitate & vnitate recesserunt; Dei aduersarios esse, atq; Antichristianos. In quã censurã cũ iã diuino Christiani totius orbis in Oecumenica mea Synodo Tridentina incidisse estis pronunciati, magnoperè vobis ira furoris Domini est metuenda, grauiterque merito extimescenda, vt nõ dicam certo & ineuitabili exitio subeunda; ne impendenti humeris vestris immanissimæ Turcarum Tyrannidi tradamini excarnificandi & funesto istius schismatis scelere pro meritis expiandi.

A metu impẽdentis diuini in Schismaticos Germanos supplicij vt in cæteris videre est.

Quod an ne vobis meritò verear, ipsi oculos, quæso, tandem ad Syriam, AEgyptum, Grçciam, Africam & æmulam illam Ec. meæ Romanæ Constantinopolitanam vicinamque vobis Hungariã seriò conuertentes iudicate: qui ob parẽ vestræ schismaticam dissensionem à reliquo meo corpore auulsi acerbissimas sub intolerabili eius iugo lugendum in modũ vobis in exemplum modò luunt pœnas.

Conquestio quod doló malo nouorum Theologorũ in præsentissimam sese precipites dant

In quas quod manifestis adeò vestratium aliquot nouorum Theologorum fraudibus exitialibus ac verè perniciosis, Testimoniorum à PP. orthodoxis, immò à vestro Luthero petitorum depra-

prauationibus, adeoque SS. ſcripturarũ peruerſionibus euidentiſsimè ſuperius demonſtratis, doloque malo circumuẽti ſcientes prudentes inuoluimini, equidem perdolenter fero, lachrimisque ſanguinolentis apud ſponſum meum ſatis die, noctuque non poſſum deplorare.

in Turcarũ ſeruitutem.

Qui namque materna mea viſcera me, ô miſerrimam à lachrimis patiantur continere? quum video quibus dolis, immò fraudibus exitialibus vos ſubinde nouis veſtri circumueniunt Theologi. Hi nouas in dies commolientes machinas, quibus ſceleratiſsimum iſtud ſtabiliant ſchiſma; ſuperiori ſexennio ad Patriarcham Conſtantinopolitanũ extruſerunt Legatum, vt ipſius de Confeſsione veſtra Auguſtana Græcè illi oblata impetrarent cenſuram, quam vt nouis ſuis Dogmatjbus eblandirentur beneuolentiorem atque fauentiorem, ſcripſerunt ei, ſeſe ſeptem illas Oecumenicas religioſe ſuſcipere Synodos, vti videre eſt ex ipſius reſponſo, quod latine conuerſum Cracouia mihi edidit, fol.3. Aggreſſurus enim ſuam illam veſtris à Theologis ſuper confeſsione Auguſtana deſideratam cenſuram, præfatur ſeſe nihil ex priuato ſenſu ſuo dicturum, ſed

Alia Theologorũ Proteſtãtiũ fraus demõſtratur; qua conſenſu quaſi Ecc. Græcanicæ ſuũ ſchiſma exitiale conabantur conſtãbilire.

Theologi Proteſtantiũ fraudulenter ſimulant ſeſe Syn-

odos vii Oecumenicas suscipere, vt fauentiorem eblandirētur à Græcis censuram.

ea, inquit, omnia, quæ in medium adferentur ex Sanctis & vniuersalibus septem Synodis, QVAS ITEM ET VOS, vt scribitis præclare facientes AMPLECTIMINI ET EXOSCVLAMINI, ET QVAE SEQVVNTVR. Quod si ex animo isti scripserunt (quis enim Patriarcham illum tam manifesti redarguat mendacij,) cur mihi tātum hactenus facessunt negotij in ijs septem Synodis Oecumenicis suscipiendis, & candidè profitendis? Quod si vnquam factitassent, vt minus esset inter nos controuersiarum: ita procul dubio certior foret spes ineundæ inter nos super pauculis aliquot Christianæ fidei capitibus concordiæ.

In Synodis Oecumenicis certissima est norma, ad quā omnes Dogmatum fidei cōtrouersiæ definiantur, ac mores Christiani reformentur.

Eas enim omnium Christi Ecclesiarū vniuersitas vbique terrarum hactenus obtinet immotas, & inuiolatas, atque diuinæ prorsus doctrinæ fontes vberrimos: à quibus post illum originarium æternæ vitæ fontem, doctrinam dico Euangelicam literis Apostolicis & Propheticis explicatam, in omnes Christi cultores deriuata est vera vitæ ad Christi & Apostolorū institutū pietate solida degendæ, atq; Canonicè in portum vsq; salutis illius æternæ gubernandæ ratio,

certissimaque via erroris omnis nescia.

Hanc autem viam Christianos vniuersos iam pridem fuisse ingressos (tametsi degenerarit hic illic humana fragilitas,) nullus sui Christiani nominis memor iuerit inficias. Maiores autem vestros, ô mei chariss. filij, quos ego ante annos 800. peperi Christo Iesu sponso meo, eandem & accepisse, & diu continenter, immo constanter nunquam satis laudata prudentia & fortitudine verè Heroica obtinuisse illis concorditer, longum foret in præsentiarum demonstrare.

Quod ita sese habere, vos planè ac liquidò possetis agnoscere: si omnium Ecclesiarum Christi, quæ sub cœlo sunt, sententiam hac de re liceret percunctari. Certè iam dudum vos vel inuitos ita de Græcanica siue Orientali sentire ac statuere compellit manifestior ipsa solis luce rei veritas. Sperabatis vos iam pridem nouatæ vestræ fidei patrocinium solidum, certum iuxta ac irrefragabile apud Græcanicam Ecclesiam inuenturos. vnde ante quinquennium ad Patriarcham Constantinopolitanum Ieremiam misistis Legatos; qui super vestra Confessione

CAP. 13. Censura Patriarchæ Constantinopolitani super Confessione Augustana epitome perstringitur: quæ ipsius est euersio, & firma fidei Catholicæ Apologia.

Auguſtana illi Grecè oblata ſuam vobis perſcriberet cenſuram. fecit, reſcripſit, tranſmiſit anno Chriſti nati 1576. 15. Maij. Quam ſi vobis Theologi veſtri ô Principes & Proteſtantium optimates, ex vero atque bona fide conuerterunt, integreque expoſuerunt, videtis quam mea fides Catholica & doctrina meis Eccleſijs toto prorſus orbe viſitata, & pijs veſtris maioribus ante ann. 800. tradita cum illis cõſpiret; quam ferè per omnia (exceptis aliquot iſtius Græcanici ſchiſmatis capitibus vobis etiam hactenus communiter mecum damnatis) ſit vna & eadem? Sin ſuppreſſerunt, ſua ſane fecère perfidia dignum, vt vos maioribus implicent exitialium diſsidiorũ pedicis, durioribusq; miſerandæ ſeruitutis aſtringant manicis.

Græcos à Proteſtantibus cõſultos Catholicis conſentientes damnare ac adeò refellere noua Proteſtantium Dogmata.

Sed ne rei veritas, temporis filia meritò dicta, miſero meo gregi pernicioſis verſipellium illorum fraudibus ſeducto diutius ſit ignota, agedum paucis luce meridiana exponam clarius, quidnã de capitibus Auguſtanæ confeſsionis veſtræ mihi vobiſcum controuerſis ſenſerit, atque cenſuerit ille Patriarcha, tantoperè à vobis laudatus atque magnificis elogijs immo eulogijs prędicatus.

Ad dona eſt alluſio, de quibus ex epiſtolis Chytrei Græcis oblata & promiſſa. Vide operis huius dedicatoriam.

Cùm

Cùm veſtrates Theologi epiſtola ad ipſum vnà cum Græco exemplari Confeſsionis veſtræ Auguſtanæ miſſa profeſsi eſſent (an veſtro conſenſu, necnè, vos videritis) ſeſe concilia vniuerſalia ſeptem (ô Deum immortalem? quam ego tota gaudio exulto ineffabili, modò ex animo ita ſentiant) complecti & exoſculari, ita ad articulum 3. de baptiſmo & Chriſmate (nam de prioribus meliùs vobis mecum hactenus, quam cū Græcis conuenit) reſcribit. Illud etiam ſimul profitemur (inquit Patriarcha fol 33. E. 1. oportere ſtatim eum, qui baptizatur, diuino inungi Chriſmate: à quo (vt & meus docuit Cyprianus) dicimur Chriſtiani. Cauſas eius & huius doctrinę firmamenta hic omitto breuitatis cauſa.

Ex cenſura Ieremiæ Patriarchæ Conſtātinopol. anno 76 Germanis Miſſa ſuper confeſsione Auguſtana fol. 3. A 2. Quæ in margine adnotātur folia, reſpondent verſioni doctiſſ. V Staniſlai Socolouij Cracouiæ in lucē editæ.

Capita fidei Chriſtianæ à Græcis in Proteſtantium cōfeſsione damnata.

Ad articulum 4. de pęnitentia & peccatorum remiſsione, nouum veſtrum Dogma de ſola fide diſertiſsimis vna me cum damnat verbis Catholica, inquięns fol. 39. E. 4. Eccleſia ad peccatorum remiſsionem fidem in primis requirit: ſed quæ viua ſit, quæ teſtimonium à bonis habeat operibus. Nam fides ſine operibus, vt inquit Iacobus, mortua eſt. quod ex D. Baſilij teſtimonio, ſcriptu-

1. S. Chriſma poſt baptiſmū eſt neceſſariū.

2. Fides ſola dānatur à Græcis, et quòd fides viua & pia proferens opera demum eſt ſalutaris

risque plurimis solidè confirmat.

3. *De fiducia bonorum operũ, quòd ea sunt ad salutẽ necessaria.*

Ad 6. articulum vestrum de bonis operibus respondens necessaria eadem opera (inquit fol. 51. G. 2. ex fide orta) esse ad salutem, propter Domini præceptũ, mercedem, & æternæ vitæ pręmium reportantibus ijs, qui ita vt oportet, exercuerint.

4. *De Sacramẽtis quæ Græci docẽt esse VII. contra Protestantiũ prophanam nouitatem.*

Ad cap. 7. de numero & natura Sacramentorum respõdet. in Ecclesia Catholica & Orthodoxa (inquit fol. 59. H. 2.) septem esse diuina Sacramenta, Baptismum scilicet, Sacram vnctionem, S. Cõmunionem, Ordinem, Matrimonium, Pœnitentiam & extremæ vnctionis oleum. Deinde astrùit nõ plura, nec pauciora esse.

5. *In S. Eucharistia immutari ac transire panem in corpus Christi docent Græci Catholicis cõcorditer.*

Iam ad illũ nobilẽ vestrum articulũ x. de Cęna Domini cũ multa improbari sibi dixisset (quæ qualia sint, & an hic illud nouũ vestrũ nouæ Vbiquitatis Idolũ notet, an alia itidẽ absurda impiorum Dogmatũ portenta, nec ne, dies docebit: quando nobis vestrã Græcam proferet Confessionis August. exemplar) ita subtexuit, Ecclesiæ igitur sanctę illud iudiciũ est (inquit fol. 72. I. 4.) in . Ita cęna post consecrationẽ & benedictionẽ panẽ in illud ipsum corpus Iesu Christi;

vinum

vinum autem in illum ſanguinẽ virtute ,,
ſpiritus ſancti tranſire ac immutari. De- ,,
inde, ne quis inter nos ſuperſit ambigẽdi ſcrupulus, addit fol. ſeq. iſtud fieri, trãsformatis & trãſmutatis ſpeciebus in corpus & ſanguinem Domini.

6\. *De Confeßione ſpeciali peccatorũ quòd eſt neceſſaria omnium animo ſuccurrentium enumeratio.*

Cap. 11. de Confeſsionis in ſpecie faciendæ neceſsitate ita ille Patriarcha cenſuit, Eum qui peccata ſua Sacerdoti cõfitetur, inquit fol. 81. L. 1. tum demum eorum conſequi curationem, ſi peccata omnia, omnesque eorum partes, quantum animus illi ſufficit, & quantum meminiſſe poteſt, cum contrito & humili corde recenſuerit, atque confeſſus fuerit.

7\. *De pœnis & ſatisfactionibus peccatorũ condemnãtur Proteſtantes.*

Cap. 12. examinans ita reſpondet Patriarcha. Quod omnes plane Canonicas (inquit fol. 85. L. 3.) peccatorumque expiationes penitus reijcitis, de eo ſic ſtatuimus, ſatisfactiones iſtas tanquam remedia morborum adhiberi, ,,
plurimũmque valere, ac magnam vtilitatem conferre, vti ſancti ac Deo pleni ,,
PP. Pœnitentes, Canonicè expiari præcipiunt.

8\. *Pia viuorum opera mortuis prodeſſe, vt*

Eodem capite cõtra vos docet nobiscũ concorditer ex Sanctorum PP. ſen-

& Missarum Sacrificia docent Graeci cōtra Protestantes. tentijs pia viuorum opera mortuis prodesse, vos relegans ad Damasceni mei opusculum, de his qui in fide Christi dormierunt; vnde nobiscum concorditer discatis opera pietatis, & sacras Liturgias, siue Apostolicę Missæ sacrificia mortuis prodesse, vt infra plenius.

9. *Missam esse viuorū & Mortuorū sanctificationem asserunt Graeci cōtra Nouatores Cōfessionistas.* Cap.13. de Liturgia & S. Missæ Sacrificio cùm dixisset fol. 101. N. 3. Opus Liturgiæ siue Sacrificij Missæ viuorum & mortuorum esse sanctificationē, Deinde fol.107. O. 2. addit, Opus Sacrificij in Missa oblati sanctificare non tantum offerentem: sed & eos, pro quibus offeruntur dona illa mystica, cum pro defunctis etiam Sacrificium offeratur fol. 108.

10. *Ecclesiæ ministros nō esse, nisi qui ritè sunt ordinati contra Protestantes.* Cap. 14. asserit fol. 160. vos docere nō bis & ipsis concorditer, euangelium nō ab alijs prędicandum, sacraque mysteria dispensanda, quam ab ijs, qui ritè ad hoc mysterij genus ordinati sunt. Qua in re non modicum est ad controuersias multò maximas sopiendas momentum, modò constantes in hoc Dogmate persistatis. Quinam ergo vestrates sunt idonei Sacrorum Mysteriorū administri? quorum centesimus non est ritè ordinatus.

Cap. 15.

Cap.15. quo asseritis preces, atque ea, quæ offeruntur, diesque festos, & reliqua quæ quasi ad cauponandam gratiam comparata sunt, pecuniamque ex alienis peccatis corradendam remque faciendam, aut aliquid aliud, nihil omnino ad salutem conferre, ita refutat. 11.

Prodesse pijs oblationes & preces quæ Deo ab indignis offeruntur.

Quemadmodum illi (inquit fol.166. x. 3.) qui ita Deo ministrãt, nihil proficiunt: nisi irreprehensibiles sint, quantum homini licet &c. ita preces ipsas, sacrificia, oblationes, festos item dies, quæ iuxta beneplacitum Dei, eiusque amore fiunt: ad laudem prætereà illius, memoriamque eorum, qui illi à seculo placuerunt, referuntur, ad excitationem & imitationem virtutis ac præclare ab illis gestorum, recte & conuenienter fieri, magnamque vtilitatem animabus nostris adferre affirmamus. 12.

Abusus verò sacrarum & festorum non tollit vtilitatem inde piorum animab⁹ prouenientes.

Posthæc cap.16. de Magistratu, quo docetis non licere Christiano populo (aut hominĩ) alijs præesse atque imperare, pœnas item secundum Leges fontibus irrogare, atque omnino alijs Reipublicę negotijs immiscere, ita refellit, Nos illud dicimus, inquiens fol.171. Y.2. obedire, subiectosque esse oportere nos omni potestati atque Magistratui. Deinde 13.

Obedientiam Magistratus esse pijs necessariam tam erga Ecclesiasticos, quam Ciuiles.

fol. sequente, oportet nos nō ciuilibus tantum Magistratibus obedire: sed Apostolis etiam ipsis atque doctoribus parere, neque illis per minas & terrores aliquos obsistere, aut aliquo pacto aduersari.

14. *Protestantes damnantur à Græcis quòd improbant mundi desertionem & rerum venditionem salutis causa factā.*

Postea peruersum vestrum damnans iudicium quod ipsi de rerum præsentiū desertione aut venditione subtexuistis, In ea autem parte, qua eos (inquit ibidē fol. 172.) qui sua omnia vendiderunt damnatis, mundumque, & ea quæ in mundo sunt salutis suę causa reliquerūt: In eo item quod Euangelium non de tēporalibus, sed de æternis tantum rebus omnia præcipere dicitis, & quod solum perpetuam cordis iusticiam illud prædicet, ac ita omnino totum illud intelligēdum & interpretādum esse putatis; hoc quidem nulla ex parte recipimus. Hæc nóuorum Dogmatum monstra, an vestra sint Protestantium, an potius Anabaptistarum, aut aliorum, nescio quorū phanaticorum, vos videritis, atque oculatus nunc tandem dijudicet orbis Christianus.

15. *De gratia & libero arbitrio male sentire*

Cap. 18. de gratia & libero arbitrio ita tractat, vt vestrum Dogma improbasse videatur Patriarcha, quo soletis doce-

re hominem sine sua voluntate saluari: sed mera Dei gratia; quod varijs oppugnat SS. literarum, & P P. Orthodoxorum testimonijs: quibus suauissimâ demonstrat inter diuinam gratiam & liberum hominis iam dei auxilio prædit ti arbitrium concordiam: ita vt Deus in nobis operetur omnia: sed quæ & nos diuino adiuti auxilio facimus aut eligẽdo, aut consentiendo, aut cooperando. *Protestantes docent Græci catholicis concorditer.*

Cap. 20. De sacris traditionibus & præsertim de Monachatu ita refellit. Docetis hæc, inquit fol. 183. Z. 4. vos quidem bona opera non repudiare, omnemque pietatem et religionem sequi: dies tamen festos, sacrificia, stata item ieiunia, fraternitates, Monachorum denique vniuersam politiam, & alia his similia inutilia esse censere. Quod quidem nec recte, nec Sanctis Patribus consentaneè fit atque dicitur. Si enim omnia opera bona, vt dicitis, complectimini: cum hæc ipsa eius generis sint vel in primis, hæc colere, eorumque studiosi esse debebatis. Quod suum Iudicium varijs confirmat rationibus solidisque Patrũ Orthodoxorum testimonijs. 16. *Protestantes Monachatũ, stata ieiunia, fraternitates, festa & his similia reijciẽtes & improbantes dãnat Ec. Græcanica cum Catholicis.* *Protestãtes suis met verbis capti & refutati à Græcis coguntur Catholicis consentire.*

Cap.

Craßißima Theologorum Protestãtium suis met in verbis pugnãtia.

Cap. 21. De cultu & veneratione Sanctorum ita pertractat dictus Patriarcha, vt vestram doctrinam qua Sanctorum inuocationẽ damnatis, reijcitis, proculcatis, damnet.

17. *Sanctorũ inuocationem piã docent Græci, eam negantes cum Catholicis Idololatricam contra sacrilegam Protestantium calumniam.*

Docte namque duplicem distinguit, vt & mei hactenus semper Catholici, inuocationem: vnam quæ soli Deo vere ac proprie conuenit, et quæ sanctorum dicitur inquit fol. 203. BB. 1. non proprie dici, sed ex accidenti, vt ita dicam, priuilegio, & quodam modo ex gratia. Deinde addit fol. 204. mediatores autem facimus omnes Sanctos, & post pauca. Scimus enim honorem, qui λατρία dicitur, soli Deo deferri, neque alium extra illum Deum agnoscimus, neque adoramus Deos alienos: neque in Sanctis eorumque imaginibus venerandis nimij sumus: sed intra modum: metuentes scilicet, ne eum honorẽ, qui Dei proprius est, illis deferamus: quod absit.

18. *Quod pio quodam sensu Sãcti vocantur mediatores, docent Græci Catholicis cõsentaneè contra indoctas Semitheologorum Protestantiũ cauillationes.*

Res enim est impia & à Christi Ecclesia, eiusque alumnis alienissima verè, & non ad aliud relatè sacras imagines adorare: quarum omnis honor ad eorũ ex-

19. *Imaginum vsum & cultũ Græci probãt legitimum et non esse nimium Catholicis concorditer. modò ad Sanctos omnis honor referatur.*

exemplaria, inquit Basilius, referri debet.

Cæterum & alios Sanctos omnes (præter B. Mariam, & SS. angelos) mediatores nobis & aduocatos constituimus, nec non præsenti tantum in vita: sed etiam in futura. Nam isthæc mediatio quædam est, cùm angeli, alijque Sancti, atq; adeò non minus ipsa mundi Domina, pro nobis exorat. 20.

Sanctos pijs esse aduocatos etiam post hanc vitã docent Græci Catholicis cõcorditer contra Protestantes Purgatorium ineruditè admodum negãtes.

Posthæc Patriarcha vobis tanto studio & oblato vestræ obedientiæ vt dicit obsequio requisitus Epilogum Confessionis vestræ Augustanæ de quibusdã, vti appellatis, abusibus aggressurus, ita eos refellit vt initio nostram diserte statuat panis in corpus Domini transsubstantiationem: quod sub specie panis docet his in tremendis mysterijs accipi. 21.

Epilogum Protestantiũ examinant Græci atque Catholicis consentaneè damnant docentes panẽ in mysterijs sacrificij trãsubstantiari & transmutari

Secundum est, inquit fol. 208. quod inter abusus dicitis, melius esse nubere quam vri: nos illis sacerdotibus, qui in virginitate persistere non possunt, PRIVSQVAM TAMEN CONSECRENTVR ET SACERDOTES FIANT, vxores accipiendi potestatem damus. 22.

Sacerdotum coniugia damnant Græci Catholicis concorditer quæ post susceptum contrahuntur sacerdotium.

Ille

Omnia Monachorũ matrimonia dãnant Græci Catholicis concorditer. Matrimonia Lutheri, Buceri, Oecolãpadij Munsteri, & similiũ Græca dãnat Ecclesia.

23. Ille autẽ qui semel VIRGINITATEM PROFESSVS EST, VIRGO permaneat. si huic humanitus quid contigerit, hunc Ecclesiastica disciplina coercem⁹ & per pęnitentiam ad vitæ moderationẽ reuocamus, videtis nè ô mei Principes, quid de Matrimonio, quod imperitis persuadent Lutheri, Buceri, & similium fœdifragorum Monachorum iuxta vestri patroni arbitrium statuere debeatis?

Priuatas Missas probant Græci modo non quæstus causa fiant quod & Catholici profitemur.

Tertium est de vna publica Missa, 24. quod priuatarum, vt dicitis, multiplicatio ex quæstu sit exorta. Quod prudẽter ille ac doctè distinguit Patriarcha. Si qui sunt, inquit fol. 208. qui ad quæstum & lucrum tantum referant mysterium, illi turpiter & improbe faciunt. Auditis nè illos qui mysteria hęc diuina tantum ad lucrum referunt, peccare? quis hoc vnquam apud Romanos, aliosuè Catholicos laudauit? an non leuiculi illi Galli passim hoc nomine audiunt pessime? nõ igitur priuatas damnant Missas Græci, sed improbum earum vsum ex auaritiæ studio profectum.

25.

Confeßionem peccatorũ etiã cordis occultißimorũ necessariam pro-

Ad quartum de confessione & peccatorum remissione, vobis ex D. Basilio respondemus, inquit fol. 209. oportere vnumquemque nullum animi motum

tum occultum apud se cõtinere: sed occultissima etiam quæque cordis sui confiteri.

bant Græci cõtra Protestantes Catholicis conformiter.

Ad quintum de oblationibus & festis, & statis ieiunijs, & traditionibus, & quas impossibile est seruare & cæt. vobis ex D. Basilio, inquit 210. respondemus, Cauendum nobis est, ne occasione vnius præcepti alia transgrediamur, & cæt. omne igitur corporis exercitium (puta ieiunium, corporis maceratio & à carnibus abstinentia) ad virtutem animi referri & comparari debet. quod necessarium, nedum vtile ostendit, vt voluptas retundatur, & libido refrenetur.

26. Ieiunia & à carnibus abstinentiã laudãt Græci Catholicis consentaneè, quando ad virtutem animi referũtur, vt caro refrenetur.

Hac igitur ratione ea omnia, quæ nobis, à SS. Patribus tradita sunt, tanquam ea, quæ hunc solum in finem respiciunt, seruare & cõplecti debemus. Qui enim talia spernit, Deum spernit. neque omnino quicquã earum rerum, quæ nobis à SS. viris sunt relictę, aut ridendum, aut traducendum est. Et si quis pręter pium vsum ac finem his abutatur, non oportere tamen tales traditiones irridere, aut traducere: sed eos qui abutuntur, leuiter instruendo admonere, ipsarum autem rerum verum & rectum vsum demonstrare.

27. Traditiones Ecclesiasticas non esse propter quorundã abusum tollẽdas: sed errãtes leuiter admonendos, nedum schisma inuehendum abutentiũ causa Græci Catholicis docẽt concorditer.

Ad

Traditiones Ecclesiasticas Christiano impoßibiles non esse docent Græci Catholicis Consentaneè contra iniquas Protestãtiũ querelas.

28. Ad illud quod dixistis, Impoßibile esse quenquam omnes traditiones seruare, audite, obsecro per Christum, audite ô mei Principes, quid Patriarcha vobis ex D. Basilio respondendum censuit. Pudor est homini Christiano (inquit fol. 211.) sanctis & pijs institutis conscientiam suam grauari aut perterreri dicere.

Monasticã vitã quia Protestantes dãnant, Græci docent eos nõn esse viros bonos.

29. Omne enim quod est ex Deo, vincit mundum & cæt. vnde concludit Monasticam vitã quæ recto fine, Deique causa suscipitur, neminem bonum vnquam contemsisse: quod vitæ genus, inquit, omnes laudant & admirantur.

Sophismata Protestantiũ ex D. Paulo indoctè detorta dissoluit doctiss. Patriarcha sensu Catholicis probato.

30. Pergit deinde sophistica vestrorum Theologorum argumenta dissoluere, doctè sanè atque singulari eruditione ostendens loca ex D. Paulo ab illis imperitè admodum in sacras Ecclesiæ Traditiones contorta non benè intellecta: quippe quę à spiritu S. sint contra Iudaizantes, aut Marcionistas, Encratitas, Manicheos & alios Hæreticos dicta fol. 212. & seq.

Monachatum esse à Deo institutum, quẽ deserentes sa-

31. Cæterum quia vidit doctiss. Patriarcha Theologos vestros Vatiniano plane odio, sed imperito pium & semper laudatum persequi monachatum, ostendit

ex

ex D. Basilio à Deo illũ ex perpetua nostræ salutis cura institutũ, vt qui ipsi (inquit fol. 214.) in Matrimonio seruire nolit, seruiat in virginitate, quam qui libere vouit atque professus est deo, non licere pedem retro referre: sed oportere corpus Deo dedicatum conseruare integrum: quod citra sacrilegij crimen communis vitæ (aut matrimonij) functionibus non licet contaminare fol. 216.

crilegio sese contaminare docent Græci Catholicis cõcorditer.

32. Post votum nõ licere vti matrimonij actu docent Græci Catholicis cõsentanee.

Qua ex re concludit Patriarcha, Monachorum vitam recte appellari perfectam ex D. Chrysost. testimonio fol. 218. laudare igitur potius, quam extenuare, inquit, monasticæ vitæ institutum conuenit.

33. Vitam Monachorum recte appellari perfectam.

Quia verò Theologos vestros, ô mei Principes, videbat ob causas, nugasque sophisticas supra cõmemoratas schismata in corpore Christi (quod Catholica est Ecclesia) facere, digreditur in locum communem contra ipsos: cui Ecclesiæ dictum est, inquit fol. 222. Vos estis corpus Christi & membrum de mẽbro, vno, solo, vero, principatum obtinẽte ac mutuò omnia membra conglutinantè capite; ipso inquam Christo Iesu. Apud quos verò mutua non colitur concordia, neque vinculum pacis seruatur,

Theologos Protestantiũ variè suã ob improbitatem vapulantes et immeritò ac temerè schismafacientes Græci demonstrant nõ esse Christimẽbrã;

S neque

neque ſpiritus manſuetudo cuſtoditur; ſed diſcordia, contentio & æmulatio implent omnia, nimis profecto audax res eſt, tales vocare mébra Chriſti, aut dicere ab ipſo regi: ſtultę verò mentis nō libere fateri, in illis imperium ſenſus carnis dominari.

Certa Germaniæ reformandæ ratio eſt Synodorũ obſeruatio.

Proteſtantes à Græcis in communionē non recipiuntur niſi VII. Synodorum Canonibus obediant, & traditiones PP. recipiant.

Poſtremũ Patriarcha finé ſuo reſpōſo factur⁹, refutatis ad 30. duo aut tria fidei veſtrę nouæ capitibus, rationē vobis oſtendere nititur; qua illa veſtrā per Germaniā reformētur, q̄ ſuo sũt, inquit fol. 224. dimota loco; ſi nihil præter ea, quæ nobis à SS. Apoſtolis, ſanctisq; Synodis diuinitus ordinata ſunt, ordiemur, nihil aliud ſequemur. A quarum Synodorum decretis addit eodē fol. qui cōtumaciter progreditur, aut aduerſus ſanctos PP. impudenter ſeſe effert, hic nullam nobiſcum cōmunionē habere poterit.

Interminatur autē vobis fol. 226. ſeſe vos ſuũ in gregē (vti tota mēte vos quidē voluiſſe dicit fol. 226.) ſuſcepturum: niſi Apoſtolicas & Synodicas ſecũ Traditiones ſequi velitis, eisque vos ſubijcere. Auditis, ô mei Principes & populorũ Proteſtāntiũ Gubernatores, illas Græcanici Patriarchæ conditiones, citra quas vos ſuā iſtā in ſchiſmaticā ſuſcipere non

vult

vult cõmunionẽ? Ipſe vniuerſalib' parere nõ vult Synodis, ſuis licèt à maiorib' piè atq; meis Catholicis cõcorditer iam pridẽ ſuſceptis; quarum quaſdã nõ ſuſcipit: vult tamẽ vos illis ſubijcere, cũ Synodi Eccleſiaſticę ſemper eundẽ habeãt ſpiritũ S. authorẽ. Porro Dogmatica omnia ad 3 2. aut tria rectè monet vobis neceſſariò & agnoſcenda, & ſuſcipienda. ſiquidẽ eius reſpõſio aliud nõ eſt, quã veræ fidei meæ Cathol. Apologia: cùm eã ſuo Patrocinio nõ indocto, aut male ſolido irrefragabiliter conſtabilierit. Chriſto meo laus & gloria! Ad noua eius Dogmata, opinor, non tranſibitis, nec delabemini infœlicius, quod omen abſit: à quibus vos vna mecum hactenus ſcio abhorruiſſe. puta de fermentato, & Spiritus S. à ſolo Patre proceſsione, & ſi quę fortè ſunt alia. Quis autẽ vos & à Catholicis meis, & à ſchiſmaticis Græcis diſſentientes, ac fidei meæ Apoſtolicæ atque Catholicæ veritatem quaſi Tantali aquas fugitantes iſto in nouatorum errorum luto ſemper hæſuros aſſerat? Equidem vos maiorem æternæ veſtræ ſalutis rationẽ ſpero per Chriſtum Ieſum, quod ſupplex Patrem illum miſericordiarum oro atque obſecro, habituros.

CAP. 12. Proinde nouis vestris omnibus Confessionibus Augustanis discorditer adeo variantibus, & Apologijs turpiter ad eò adulteratis, mutatis, mutilatis, deprauatis renunciantes ad me vestri ex animo amantissimam corde toto tandem redite matrem, & meam vnam fidei Catholicæ atque Apostolicæ Confessionē amplexati accedamus cũ fiducia ad thronum gratiæ Domini mediatoris vnici atque saluatoris nostri singularis Iesu Christi: qui nobis Patrem nostrum iustissimis ex causis offensum placabit facile. Vult enim omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis Euangelicæ peruenire, multò magis aberrantes redire: modò filium suum in propria venientē

Hebr. 5. fide suscipiant euangelica per Apostolos toti orbi initiò prædicata, eique siue ipsius legibus Euangelicis studeant sese morigeros reddere. His enim demum sibi obtemperantibus author factus est salutis eternę. Quibus vt & vos, ô mei Principes & Ciuitatum Germanię meæ Gubernatores, verè accenseamini, faxit Deus Dominus sponsus meus Iesus Christus, qui vos ardentissimis sanè votis exspectat, vt vnum sibi per Germaniam iterum sit ouile, et vnus pastor;

A flagrantiss. Christi deside rio vt vnum per Germaniā sibi restituatur ouile, vnusq; Pastor fiat.

nē

ne diutius sit altare contra altare;ne amplius stet Iudas contra Israhel;sed vt omnes vnum simus in ipso corpus,id ipsum ore vno dicentes,& vno corde idem sentientes:donec occurramus omnes in plenitudinem ætatis Christi in virum perfectum;ac finem fidei nostræ reportemus salutem animarum nostrarum. Quam assequi vos quidem nō valebitis, donec in funestis istis Hæreticorum schismatibus hærentes corpus Christi mei sæuissima crudelitate dilaniatis.Indubitatissimum namque habendum est pijs omnibus,eū non posse Deum habere Patrem (testibus Cypriano & Augustino) qui me Catholicam Christi Iesu Ecclesiam non habet matrem.

Ephes.4. *1.Pet.1.* *Cypria.de Ecclesiæ vnitate* *D.Augustinus cōtra Donatist. de Baptismo.*

Huius Eccl. Christi Catholicæ nomen vos quidem vobis,vt & alij à vobis nobisque exitialiter & segregati, & dānati aliquot Euangelici, conamini vendicare:sed vobis,vt & cæteris meo à corpore perniciosè auulsis membris, cōcorditer resistit, reclamat, repugnat totus orbis terrarum. A vobis non exijt, sed de Syon, Lex Domini. A vobis Dominus Christus cælestem suam non est exorsus Euangelici regni doctrinam. A vobis non egressum est,sed à Ierusalem,

Ab antiquitate Catholicæ Christi Ec. ante Germanorū ad Christum conuersionē. *Esai.2.*

fol. sequente, oportet nos nõ ciuilibus tantum Magistratibus obedire: sed Apostolis etiam ipsis atque doctoribus parere, neque illis per minas & terrores aliquos obsistere, aut aliquo pacto aduersari.

14. *Protestantes damnantur à Græcis, quòd improbant mundi desertionem & rerum venditionem salutis causa factã.*

Postea peruersum vestrum damnans iudicium quod ipsi de rerum præsentiũ desertione aut venditione subtexuistis, In ea autem parte, qua eos (inquit ibidẽ fol. 172.) qui sua omnia vendiderunt damnatis, mundumque, & ea quæ in mundo sunt salutis suę causa reliquerũt: In eo item quod Euangelium non de tẽporalibus, sed de æternis tantum rebus omnia præcipere dicitis, & quod solum perpetuam cordis iusticiam illud prædicet, ac ita omnino totum illud intelligẽdum & interpretãdum esse putatis; hoc quidem nulla ex parte recipimus. Hæc nouorum Dogmatum monstra, an vestra sint Protestantium, an potius Anabaptistarum, aut aliorum, nescio quorũ phanaticorum, vos videritis, atque oculatus nunc tandem dijudicet orbis Christianus.

15. *De gratia & libero arbitrio male sentire*

Cap. 18. de gratia & libero arbitrio ita tractat, vt vestrum Dogma improbasse videatur Patriarcha, quo soletis doce-

re hominem sine sua voluntate saluari: sed mera Dei gratia; quod varijs oppugnat SS. literarum, & PP. Orthodoxorum testimonijs: quibus suauissimã demonstrat inter diuinam gratiam & liberum hominis iam dei auxilio præditi arbitrium concordiam: ita vt Deus in nobis operetur omnia: sed quæ & nos diuino adiuti auxilio facimus aut eligẽdo, aut consentiendo, aut cooperando.

Protestantes docent Græci Catholicis cõcorditer.

Cap. 20. De sacris traditionibus & præsertim de Monachatu ita refellit. Docetis hæc, inquit fol. 183. Z. 4. vos quidem bona opera non repudiare, omnemque pietatem et religionem sequi: dies tamen festos, sacrificia, stata item ieiunia, fraternitates, Monachorum denique vniuersam politiam, & alia his similia inutilia esse censere. Quod quidem nec rectè, nec Sanctis Patribus consentaneè fit atque dicitur. Si enim omnia opera bona, vt dicitis, complectimini: cum hæc ipsa eius generis sint vel in primis, hæc colere, eorumque studiosi esse debebatis. Quod suum Iudicium varijs confirmat rationibus solidisque Patrũ Orthodoxorum testimonijs.

16. *Protestantes Monachatũ, stata ieiunia, fraternitates, festa & his similia reijciẽtes & improbantes dãnat Ec. Græcanica cum Catholicis.*

Protestãtes suis met verbis capti & refutati à Græcis coguntur Catholicis consentire.

Cap. 21. De cultu & veneratione Sanctorum ita pertractat dictus Patriarcha, vt vestram doctrinam qua Sanctorum inuocationẽ damnatis, reijcitis, proculcatis, damnet.

Crassißima Theologorum Protestãtium suis met in verbis pugnãtia.

Docte namque duplicem distinguit, vt & mei hactenus semper Catholici, inuocationem: vnam quæ soli Deo vere ac proprie conuenit, et quæ sanctorum dicitur inquit fol. 203. BB. 1. non proprie dici, sed ex accidenti, vt ita dicam, priuilegio, & quodam modo ex gratia. Deinde addit fol. 204. mediatores autem facimus omnes Sanctos, & post pauca. Scimus enim honorem, qui λατρεία dicitur, soli Deo deferri, neque alium extra illum Deum agnoscimus, neque adoramus Deos alienos: neque in Sanctis eorumque imaginibus venerandis nimij sumus: sed intra modum: metuentes scilicet, ne eum honorẽ, qui Dei proprius est, illis deferamus: quod absit.

17. Sanctorũ inuocationem piã docent Græci, eam negantes cum Catholicis Idololatri eam contra sacrilegam Protestantium calumniam.

18. Quod pio quodam sensu Sancti vocantur mediatores, docent Græci Catholicis cõsentaneè contra indoctas Semitheologorum Protestantiũ cauillationes.

Res enim est impia & à Christi Ecclesia, eiusque alumnis alienissima verè, & non ad aliud relatè sacras imagines adorare: quarum omnis honor ad eorũ ex-

19. Imaginum vsum & cultũ Græci probãt legitimum et non esse nimium Catholicis concorditer. modò ad Sanctos omnis honor referatur.

exemplaria, inquit Basilius, referri debet.

Cæterum & alios Sanctos omnes (præter B. Mariam, & SS. angelos) mediatores nobis & aduocatos constituimus, nec non præsenti tantum in vita: sed etiam in futura. Nam isthæc mediatio quædam est, cùm angeli, alijque Sancti, atq; adeò non minus ipsa mundi Domina, pro nobis exorat. 20. *Sanctos pijs esse aduocatos etiam post hanc vitã docent Græci Catholicis cõcorditer contra Protestantes Purgatorium inerudité admodum negãtes.*

Posthæc Patriarcha vobis tanto studio & oblato vestræ obedientiæ vt dicit obsequio requisitus Epilogum Confessionis vestræ Augustanæ de quibusdã, vti appellatis, abusibus aggressurus, ita eos refellit vt initio nostram diserte statuat panis in corpus Domini transsubstantiationem: quod sub specie panis docet his in tremendis mysterijs accipi. 21. *Epilogum Protestantiũ examinant Græci atque Catholicis consentaneè damnant docentes panẽ in mysterijs sacrificij trãsubstantiari & transmutari.*

Secundum est, inquit fol. 208. quod inter abusus dicitis, melius esse nubere quam vri: nos illis sacerdotibus, qui in virginitate persistere non possunt, PRIVSQVAM TAMEN CONSECRENTVR ET SACERDOTES FIANT, vxores accipiendi potestatem damus. 22. *Sacerdotum coniugia damnant Græci Catholicis concorditer quæ post susceptum contrahuntur sacerdotium.*

Ille

tum occultum apud se cõtinere: sed occultissima etiam quæque cordis sui confiteri.

Ad quintum de oblationibus & festis, & statis ieiunijs, & traditionibus, & quas impoßibile est seruare & cæt. vobis ex D. Basilio, inquit 210. respondemus, Cauendum nobis est, ne occasione vnius præcepti alia transgrediamur, & cæt. omne igitur corporis exercitium (puta ieiunium, corporis maceratio & à carnibus abstinentia) ad virtutem animi referri & comparari debet. quod necessarium, nedum vtile ostendit, vt voluptas retundatur, & libido refrenetur.

bant Græci cõtra Protestantes Catholicus conformiter.

26. *Ieiunia & à carnibus abstinentiã laudãt Græci Catholicis consentaneè, quando ad virtutem animi referũtur, vt caro refrenetur.*

27. Hac igitur ratione ea omnia, quæ nobis, à SS. Patribus tradita sunt, tanquam ea, quæ hunc solum in finem respiciunt, seruare & cõplecti debemus. Qui enim talia spernit, Deum spernit. neque omnino quicquã earum rerum, quæ nobis à SS. viris sunt relictę, aut ridendum, aut traducendum est. Et si quis pręter pium vsum ac finem his abutatur, non oportere tamen tales traditiones irridere, aut traducere: sed eos qui abutuntur, leuiter instruendo admonere, ipsarum autem rerum verum & rectum vsũm demonstrare.

Traditiones Ecclesiasticas non esse propter quorundã abusum tollẽdas: sed errãtes leuiter admonendos, nedum schisma inuehendum abutentiũ causa Græci Catholicis docẽt concorditer.

Ad

Traditiones Eccleſiaſticas Chriſtiano impoßibiles non eſſe docent Græci Catholici Conſentaneè contra iniquas Proteſtātiū querelas.

28. Ad illud quod dixiſtis, Impoſsibile eſſe quenquam omnes traditiones ſeruare, audite, obſecro per Chriſtum; audite ô mei Principes, quid Patriarcha vobis ex D. Baſilio reſpondendum cenſuit. Pudor eſt homini Chriſtiano (inquit fol. 211.) ſanctis & pijs inſtitutis conſcientiam ſuam grauari aut perterreri dicere.

Monaſticā vitā quia Proteſtantes dānant, Græci docent eos nōn eſſe viros bonos.

29. Omne enim quod eſt ex Deo, vincit mundum & cæt. vnde concludit Monaſticam vitā quæ recto fine, Deique cauſa ſuſcipitur, neminem bonum vnquam contemſiſſe: quod vitæ genus, inquit, omnes laudant & admirantur.

Sophiſmata Proteſtantiū ex D. Paulo indoctè detorta diſſoluit doctiſſ. Patriarcha ſenſu Catholicus probato.

30. Pergit deinde ſophiſtica veſtrorum Theologorum argumenta diſſoluere, doctè ſanè atque ſingulari eruditione oſtendens loca ex D. Paulo ab illis imperitè admodum in ſacras Eccleſiæ Traditiones contorta non benè intellecta: quippe quę à ſpiritu S. ſint contra Iudaizantes, aut Marcioniſtas, Encratitas, Manicheos & alios Hæreticos dicta fol. 212. & ſeq.

Monachatum eſſe à Deo inſtitutum, quē deſerentes ſa-

31. Cæterum quia vidit doctiſſ. Patriarcha Theologos veſtros Vatiniano plane odio, ſed imperito pium & ſemper laudatum perſequi monachatum, oſtendit

ex

ex D. Baſilio à Deo illũ ex perpetua noſtræ ſalutis cura inſtitutũ, vt qui ipſi (inquit fol. 214.) in Matrimonio ſeruire nolit, ſeruiat in virginitate, quam qui libere vouit atque profeſſus eſt deo, non licere pedem retro referre: ſed oportere corpus Deo dedicatum conſeruare integrum: quod citra ſacrilegij crimen communis vitæ (aut matrimonij) functionibus non licet contaminare fol. 216.

...crilegio ſeſe contaminare docent Græci Catholicu cõcorditer.

32. Poſt votum nõ licere vti matrimonij actu docent Græci Catholicis cõſentaneè

Qua ex re concludit Patriarcha, Monachorum vitam recte appellari perfectam ex D. Chryſoſt. teſtimonio fol. 218. laudare igitur potius, quam extenuare, inquit, monaſticæ vitæ inſtitutum conuenit.

33. Vitam Monachorum rectè appellari perfectam.

Quia verò Theologos veſtros, ô mei Principes, videbat ob cauſas, nugasque ſophiſticas ſupra cõmemoratas ſchiſmata in corpore Chriſti (quod Catholica eſt Eccleſia) facere, digreditur in locum communem contra ipſos: cui Eccleſiæ dictum eſt, inquit fol. 222. Vos eſtis corpus Chriſti & membrum de mẽbro, vno, ſolo, vero, principatum obtinẽte ac mutuò omnia membra conglutinantẽ capite; ipſo inquam Chriſto Ieſu. Apud quos verò mutua non colitur concordia, neque vinculum pacis ſeruatur,

Theologos Proteſtantiũ variè ſuã ob improbitatem vapulantes et immeritò ac temerè ſchiſmafacientes Græci demonſtrant nõ eſſe Chriſti mẽbra;

neque ſpiritus manſuetudo cuſtoditur; ſed diſcordia, contentio & æmulatio implent omnia, nimis profectò audax res eſt, tales vocare mébra Chriſti, aut dicere ab ipſo regi: ſtultę verò mentis nó libere fateri, in illis imperium ſenſus carnis dominari.

Certa Germaniæ reformandæ ratio eſt Synodorũ obſeruatio.

Poſtremũ Patriarcha finẽ ſuo reſpóſo factur⁹, refutatis ad 30. duo aut tria fidei veſtrę nouæ capitibus, rationẽ vobis oſtendere nititur; qua illa veſtrã per Germaniã reformétur, q̃ ſuo sũt, inquit fol. 224. dimota loco; ſi nihil præter ea, quæ nobis à SS. Apoſtolis, ſanctisq; Synodis diuinitus ordinata ſunt, ordiemur, nihil aliud ſequemur. A quarum Synodorum decretis addit eodẽ fol. qui cõtumaciter progreditur, aut aduerſus ſanctos PP. impudenter ſeſe effert, hic nullam nobiſcum cõmunionẽ habere poterit.

Proteſtantes à Græcis in communionẽ non recipiuntur niſi VII. Synodorum Canonibus obediant, & traditiones PP. recipiant.

Interminatur autẽ vobis fol. 226. ſeſe vos ſuũ in gregẽ(vti tota méte vos quidẽ voluiſſe dicit fol. 226.) ſuſcepturum: niſi Apoſtolicas & Synodicas ſecũ Traditiones ſequi velitis, eisque vos ſubijcere. Auditis, ô mei Principes & populorũ Proteſtãntiũ Gubernatores, illas Græcanici Patriarchæ conditiones, citra quas vos ſuã iſtã in ſchiſmaticã ſuſcipere non

vult

vult cōmunionē? Ipſe vniuerſalib' parere nō vult Synodis, ſuis licèt à maiorib' piè atq; meis Catholicis cōcorditer iam pridē ſuſceptis; quarum quaſdā nō ſuſcipit: vult tamē vos illis ſubijcere, cū Synodi Eccleſiaſticę ſemper eundē habeāt ſpiritū S. authorē. Porro Dogmatica omnia ad 32. aut tria rectè monet vobis neceſſariò & agnoſcenda, & ſuſcipienda. ſiquidē eius reſpōſio aliud nō eſt, quā veræ fidei meæ Cathol. Apologia: cùm eā ſuo Patrocinio nō indocto, aut male ſolido irrefragabiliter conſtabilierit. Chriſto meo laus & gloria! Ad noua eius Dogmata, opinor, non tranſibitis, nec delabemini infœlicius, quod omen abſit: à quibus vos vna mecum hactenus ſcio abhorruiſſe. puta de fermentato, & Spiritus S. à ſolo Patre proceſsione, & ſi quę fortè ſunt alia. Quis autē vos & à Catholicis meis, & à ſchiſmaticis Græcis diſſentientes, ac fidei meæ Apoſtolicæ atque Catholicæ veritatem quaſi Tantali aquas fugitantes iſto in nouatorum errorum luto ſemper hæſuros aſſerat? Equidem vos maiorem æternæ veſtræ ſalutis rationē ſpero per Chriſtum Ieſum, quod ſupplex Patrem illum miſericordiarum oro atque obſecro, habituros.

CAP. 12. Proinde nouis vestris omnibus Confessionibus Augustanis discorditer adeo variantibus, & Apologijs turpiter adeò adulteratis, mutatis, mutilatis, deprauatis renunciantes ad me vestri ex animo amantissimam corde toto tandem redite matrem, & meam vnam fidei Catholicæ atque Apostolicæ Confessionē amplexati accedamus cū fiducia ad thronum gratiæ Domini mediatoris vnici atque saluatoris nostri singularis Iesu Christi: qui nobis Patrem nostrum iustissimis ex causis offensum placabit facile. Vult enim omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis Euangelicæ peruenire, multò magis aberrantes redire: modò filium suum in propria venientē fide suscipiant euangelica per Apostolos toti orbi initiò deprædicata, eique siue ipsius legibus Euangelicis studeant sese morigeros reddere. His enim demum sibi obtemperantibus author factus est salutis eternę. Quibus vt & vos, ô mei Principes & Ciuitatum Germanię meæ Gubernatores, vere accenseamini, faxit Deus Dominus sponsus meus Iesus Christus, qui vos ardentissimis sanè votis exspectat, vt vnum sibi per Germaniam iterum sit ouile, et vnus pastor; ne

Hebr. 5.

A flagrantiss. Christi deside rio vt vnum per Germaniā sibi restituatur ouile, vnusq; Pastor fiat.

ne diutius sit altare contra altare; ne amplius stet Iudas contra Israhel; sed vt omnes vnum simus in ipso corpus, idipsum ore vno dicentes, & vno corde idem sentientes: donec occurramus omnes in plenitudinem ætatis Christi in virum perfectum; ac finem fidei nostræ reportemus salutem animarum nostrarum. Quam assequi vos quidem nõ valebitis, donec in funestis istis Hæreticorum schismatibus hærentes corpus Christi mei sæuissima crudelitate dilaniatis. Indubitatissimum namque habendum est pijs omnibus, eũ non posse Deum habere Patrem (testibus Cypriano & Augustino) qui me Catholicam Christi Iesu Ecclesiam non habet matrem.

Ephes. 4.
1. Pet. 1.
Cypria. de Ecclesiæ vnitate
D. Augustinus cõtra Donatist. de Baptismo.

Huius Eccl. Christi Catholicæ nomen vos quidem vobis, vt & alij à vobis nobisque exitialiter & segregati, & dãnati aliquot Euangelici, conamini vendicare: sed vobis, vt & cæteris meo à corpore perniciosè auulsis membris, cõcorditer resistit, reclamat, repugnat totus orbis terrarum. A vobis non exijt, sed de Syon, Lex Domini. A vobis Dominus Christus cælestem suam non est exorsus Euangelici regni doctrinam. A vobis non egressum est, sed à Ierusalem,

Ab antiquitate Catholicæ Christi Ec. ante Germanorũ ad Christum conuersionẽ.
Esai. 2.

Vide huius Querimoniæ dedicatoriā.

verbū Dei. A quibus verò, & quorū opera illud tandem, quasi orbis quædam reliquiæ, imò velut quidā posthumi, acceperitis, alibi est indicatum. fuisse autē in mūdo ante vestrum ad salutarē Christi sponsi mei ex vero Euangelio agnitionem & Cōfeßionem accessum per annos minimum octingentos, veram Dei Ecclesiam Catholicam, inficiando non estis. In eam piè admißi, religiosè suscepti, ac Deo vero in veram demum salutē renati perstitistis (ô quanta mea pridem gloria! cuius vel memoria mærentem magis discruciat, ô quanto meo spiritali lucro! cuius recordatio tabescentem tantum non exanimat: quorum opera sedula, inuictoque auxilio Christiano & Polonia, & Bohemia, & Lithuania Christo sponso meo dura fæuaque submisit colla) perstitistis, dico, in eam admißi, & Deo renati per annos plus minus septingentos. A qua vestri Maiores haud ita pridem offensi meorum dicam nauclerorum, an vectorum, an aliorum (pro pudor & dolor!) pudet ita me Christus amet, dicere. quos enim, aut quid tandem dicam: Moribus, abusibus, fraudibus? (meministis enim, scio, meministis quid nam meus, vester-

Pathetica oratio Ecclesiæ doloribus amissorum filiorum exagitatæ perturbatior.

vesterque Adrianus ille VI. initio istius schismatis vestræ in primis reconciliationis ex animo verè paterno studiosissimus sua ad vestra Comitia Norimbergensia epistola meritò agnouit) vestri Maiores, inquam, offensi, immò auribus prurientes, ne dicam meis opibus quidam inhiantes, à Catholica Dei Ecclesia sese subtraxerunt, atque in ista verè sacrilega schismata vobis, vestrisq; miseris posteris certò exitialia sese precipites dederũt. Verum quibus moti Verbi Dei testimonijs, pudet cõmemorare; q̃bus seducti suorũ nouorũ Magistrorum fraudibus, mẽdacijs, calũnijs, miseret recordari. vos enim superius dictorũ satis superque iã meminisse opinor. In mentem veniat quã fide vestri egerint Theologi in concinnanda primum Confessione vestra Augustana, exitiali Pandoræ illius pixidi meritò asimulata; quonam modo fuerit varie Carolo V. A. exhibita, Latinè aliter, Germanicè aliter, anno 30. aliter, anno 31. aliter. Deinde Apologia eiusdẽ quanam fide fuerit cõscripta, quæ anno mox illã consequente fuerit articulis haud postremi momenti mutata, testimonijs Patrũ Orthodoxorũ in priore solidisimè allegatis mutilata, et

Ab ingenua et Christiana Adriani VI. Confessione de causis offensi populi Dei anno 22. ad Germanorum Comitia.

Quã mala fide rem Principum egerint Theologi Confessionis Augustanæ rapsodi & Patroni noui.

vera Confeſsionis veſtræ Auguſtanæ Carolo meo Auguſto V. exhibitæ doctrina fraudulentur exſpoliata, deprauata, adulterata.

A fraude nouorũ Theologorũ, qui falſam & deprauatã Apologiam contexuerunt in Concordiæ libro veræ Auguſtanæ Confeſsioni: quæ ipſam funditus euertit.

Ad hæc licèt in illam primam Apologiam vniuerſi iurare ſunt ſoliti Doctores Lipſiæ veſtræ, ac VVittenber. creati: tamen nunc veſtræ tandem ex archiuis Maiorum veſtrorum inſtauratæ Cõfeſsioni Auguſtanæ audent aſſuere iſti infælices ſutores, fabri, & textores Apologiam; quæ centonico iſti operi veſtræ nouæ concordiæ ſuffarcinata veſtram funditus euertit Cõfeſsionem verè Auguſtanam.

A dolo pernicioſo quòd noui Theologi Proteſtantibꝰ in Libro Concordiæ nouum obtrudunt Idolũ Vbiquitatis hactenus Chriſtianis inauditũ, & ſuo à Luthero diſertis verbis dãnatum.

Porrò præter fidei meæ Catholicæ Dogmata, à vobis aut ſacrilegè reiecta, aut impie addita nouũ vobis ingerunt inauditæ mihi toto terrarũ orbe hactenus Vbiquitatis idolũ: quod vel à Luthero veſtro diſertè damnatum impia fraude vobis nunc à pauculis Eutycheti Hæretico, & deliro Sivvencfeldio addictis ſub ſtibiato Euangelij fuco imperitè obtruditur.

Quæ vna res rectè cõſiderata, & , pro vt meretur, ſedulò expenſa viro prudẽti vel ſola ſufficiat omnẽ iſtis nouis Proteſtantiũ Theologis, primis illis veſtris, & ipſorum met in Euangelio, ſi Chriſto pla-

placet, Magiſtris aduerſantibus, adeoq; pugnantibus fidem ſemel abrogare, aut ſaltem ſemel perſuaſum efficere, illos pacifico Chriſti ſpiritu agi non poſſe, qui tam inter ſeſe docēt ex diametro aduerſantia, immo ſibi ipſi loquuntur tā manifeſtè pugnantia.

Hanc enim doctrinam Vbiquitatis nō modò veſtri Saxones ante annos admodum pauculos ſex aut octo, puta 71. in Synodo Dreſdenſi, diſertis verbis reprobarunt, erroriſque Hęretici vnanimiter damnarunt, ex allegato illic non ſolum Orthodoxæ Eccleſiæ conſenſu meo: ſed Lutheri etiam manifeſta doctrina plurimis ex eius operibus repetita. Nunc autem eoſdē veſtros Theologos in eadem fidei Chriſtianæ doctrina ſuā ipſos met ita ſubito mutare ſententiam, & eam Synodalem, atque vnanimiter adeò, quod ipſi ſui titulo libri conteſtātur, ab vniuerſis Academiarum Saxonniæ veſtræ profeſſoribus; ab vniuerſis Saxoniæ Superintendentibus; ab vniuerſis Saxonię Paſtoribus definitam, & pro Dei verbo, Germanoque Chriſti Ieſu euangelio Germaniæ, imò toti orbi expoſitam; ac libro impreſſo æditam mutare, immò Hæreſeos damnare, cuius

A fœda nouorum Theologorū inconſtātia: qui nunc pro fidei articulo imperitis impie obtrudunt, quod ipſimet antè annos ſex, vel octo damnarūt Hereſeos, allegatis Lutheri ſui varijs teſtimonijs, & Orthodoxorum PP. conſenſu.

quæſo vos, eſt aut mentis? aut Religionis? An ijs adeò varijs, adeo inconſtantibus, adeò ſuimet ipſorum damnatoribus, euerſoribus, profligatoribus veſtrã, ô mei Principes & populorum Primates animum tandem attendite! obſecro attendite! credere audeatis æternã ſalutẽ? Credite hic vel Luthero veſtro ſemel in mendacio deprehenſis non eſſe habendam fidem.

An illis ſuam quiſque veſtrum ſalutẽ credat æternam, qui libris editis contra veſtram iſtam concordiã diſerta oratione profiteri audent ſeſe doctrinã illã opere concordiæ veſtræ ann. 80. in lucẽ edito comprehenſam manu, non mẽte, ſignaſſe? vt Iohan. Schutz ad ducẽ Saxo. F. ſcribit anno 80. Quorſum hic inſulſam illam referam Pædagogorũ, imperitiſsimorum Cuſtodum & Ludimagiſtellorum aliquot ferraginem ambitiosè ſuis titulis gloriabundam ſua ſubſcriptione illam confirmantem? ô ficulneum præſidium à miſero miſellorum aliquot grammaticorum grege petitũ! qui ne ipſa quidem controuerſiarum iſtarum grauiſsimarum elementa intelligunt, non plus ſane quàm de Lira eiusque conſonantia aſinus.

Quor-

Quorſum hic cõmemorem quod veſter SS Literarum profeſſor, vt quidem ſeſe ambitioſe appellat, Dauid Gythæus ſcribit, Iſtam veſtram Concordiam ſempiternum fore perpetuæ inter Proteſtantes, diſcordiæ ſeminarium?

Magnum ſanè aduerſus vos (modò ipſi vos tam nobili veſtro Theologo ad ſubſignandũ nouã iſtam veſtram cõcordiam requiſito fidem habere dignamini) præiudicium: ſed maioris eſt momẽti, longeque grauioris meritò ponderis cenſura illa vere aurea: quam abhinc quinquennio Ieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus à quibuſdam veſtrum rogatus, cùm donis Dalerorum plurimorum non leuiculis eius domeſticos & officiales etiam tentaſſetis, vobis reſcripſit. Si quidem ea in fidei meæ Catholicæ ſolidam, immò irrefragabilem contra vos doctiſsimè contexta eſt Apologiam, Patrociniumque longè omnium fidiſsimum ac iuxta tutiſsimum, omnique artificio inuiolatum, quia ab iuratiſsimo mei nominis hoſte profectum: quo innouata temerè, ne dicam irreligioſe Dogmata veſtræ Confeſsionis Auguſtanæ ad triginta fere duo, aut tria ſolidis

A præiudicio cẽſuræ Grææque cõtra Proteſtantes ſolidã Catholicæ Chriſti Eccleſiæ cõtexuit Apologiam, errores eorum damnans 33.

rati-

rationibus refutauit, ac meis Catholicis consentaneè damnauit. Immò vos, licet ipsi in communionem cum sua schismatica Ecclesia vltrò atque tota voluntate obtuleritis (eheu dolendam atque lugendam mihi vestram cæcitatem!) in eam suscipere prudens recusauit: nisi septem Synodorum Canones cum illis, quæ nostris maximarum controuersiarum capitibus, & ecclesiasticas siue Apostolicas susciperetis traditiones. An non facilior iuxta atque certiòr, simul & solidior mecum ineatur veræ atque Christianæ adeoque Euangelicæ concordiæ ratio? Quid igitur, inquietis, ad solidam in vna Christi fide concordiam consilij, quid remedij?

Deliberatio cũ suis filijs vt certißimo vtantur remedio diuinit' in Catholica Christi Eccl. instituto, puta Synodo Christiana.

Ad vetera, filij chariss. vos per Christum obsecro, respiciamus exempla! veterum in mentẽ nobis veniat remediorum, quę nobis Deus opt. semper superesse voluit omnium saluberrima. Synodos dico Ecclesiasticas legitimè ac prisco de more salubriter celebrandas: quarum semper; vti meus testatur Augustinus, in Ecclesia Christi saluberrima est authoritas.

Alia enim remedia qui modò aut vobis, aut alijs, aut sibi quærunt, malos imitati

tati medicos aliena, non propria, ineffi- cacia, non salutaria quærunt ægris me- dicamenta. An non est resina in Galaad, vt vestra curentur infausti schismatis vulnera? An manus Dei abbreuiata est, vt charissimam meam Germaniam mihi reddere, adeoque sanare, ac readunare nequeat? Hæc supplices toto pectore omnes postulemus nobis adhiberi salutariter. Deus noster Deus est saluos faciendi, qui dispersos percutiendo congregat, congregando sanat, sanando saluat. Ad Synodos conueniamus exẽplo nostri Caroli Magni, aui vestri Ludovvici pij & cæterorum: qui Germaniam meam haud minus olim aut improbis Clericorum meorum moribus deformatam, aut Hæresibus perturbatã in piam Concordiam per Synodos Christianas reuocarunt, reformarunt, sanitati pristinæ in Christo reddiderunt.

D. August. epist. 118. ad Ianuar.

Ab antecedẽtibus.

Atqui meos Clericos, dicatis fortè, moribus diutius vobis intolerabiles: qa perditissimos, vita prophanos, Canonicos nunquam minus quàm Canonicos, Simoniacos, Concubinarios, cupidissimos, &, vt semel dicatur, bis Laicos & nihil minus quam Ecclesiasticos.

Vtinam ista vere inficiando fuerim!

vereor

vereor equidem mihi multò plus negotij facessendum in ijs suũ ad Canonẽ reformandis, quã aut in plebe Domini castiganda, aut erraticis Christis ouiculis ad ouile Dominicum reducendis. Inter eos tamen, vt in illa Euangelica Domini nostri Christi Iesu area, triticum est paleæ, Zizanijs, & Lolijs permistum suo tempore discernendum. Sed si quid isti peccarunt, & vita moribusq; Deum nostrum, aut vos fide infirmiores offenderunt, quid ego misera vos ô mei filij chariss. quid ego misera vos læsi? ego infausta quid vos offendi! ego infælix mater omniũ vestra omnes meos Deo pariens filios, dono Dei probos, aut suo post arbitrio improbos, quid vos læsi? vt me fratrum aliquot vestrorum causa nolitis agnoscere, nec mecum in gratiam tot post emansionis annos redire, nec in vnitatẽ familiæ Dei quasi in pristinum Christi Domini corp⁹ vnius fidei Christianæ concordia recoalescere, atque omnino readunari? malam mihi sanè, malam rependitis talionem, iniquum mihi vos Christo partu meo regenerãti, opera mea educati, doctrina mea Euãgelica pridem imbuti redditis mineruaL.

Istanè est merces mea quia Deo vos

genui,

 382

genui,educaui,exaltaui? Roma. Imperij fascibus & insulis singulari prærogatiua in Othonibus vestris decoraui? Eorum saltem æmulamini vestigia, si fœdam ingratorũm immò degenerum filiorũ studetis notam effugere. Quid ad meam redundat iniuriam? quid meã exasperat orbitatem omnium acerbißimam quod improbi mei anteà in Deum, & vos peccarint quidam filij? suum quisque onus portabit. Domino suo illi stant, aut cadunt. Quorundam improbitas, auaritia, *Rom. 13.* Hypocrisis, vt vt pharisaica probos filios meos non magis cõtaminat, lædit, aut esse queat noxia, quam tritico zizania: quorum inter infaustos, inuidos & æmulos subtriste admodum exoritur culmos.

Sinite & vos, quæso, vna cum Euangelico illo nostro agricola crescere zizania vsq; ad Messem, donec discernẽdi venerit hora. Nunc sementis agitur, nunc ager Dominicus excolitur, aratur, sulcatur, occatur in illam breui adfuturam messem. Intereà an non satius fuerit atque Christianæ charitati congruentius considerate, obsecro, attenti considerate, vt vtrique in mutuã alterius euigilemus salutem æternam? Anne consultius

fueris

fuerit vt alter alterius onera, infirmitates, imperfectiones, errata, lapsus, delicta portantes, & nos mutuum in spiritu lenitatis, fraternæq; charitatis pace suscipientes ac inuicem tolerantes, adimpleamus legem Christi? Illis communiter, & vobis, ô mei filij Christo regenerati! salutaria quæramus ex vero Dei amore animarum saluandarum remedia.

De indubitata cōciliandæ Christianæ cū Protestantib⁹ Cōcordiæ spe videatur huius dedicatoria.

Ad Synodum igitur vt dixi quā primum omnes conueniamus Ecclesiasticam, cuius salutari vsu videmus omnia olim ecclesiæ vulnera, morbos, dissidia etiam horribiliora, immo schismata, vt vt Chironica, aut sontica optatum pijs omnibus semper accepisse remedium, pristinamque recuperasse in fidei meæ vnitate sanationem. Paucula enim nobis superſunt Dogmata fidei controuersa, sex, ni tota fallor, aut summum octo; de quibus iam pridem haud infæliciter iacta sunt ineūdæ optatissimę mihi, pijsque omnibus Concordiæ fundamenta minime futilia. De moribus autem vtriusque partis, nunc quasi in communi vectorum procella, quando præsens impendet omnibus ob intestinam discordiam exitium, facilius cōueniat; quod dies ipsa,

Vide acta Colloquiorū Ratispon. & VVormat.

ipsa, & temporis filia veritas diuinitus ostenderit non pauca remedia, nec leuicula consilia, nec pauci reformandis plurimis tandem facti sunt solito æquiores. Conueniamus tantum, conueniamus, inquam, Deus opt. suæ vni illi non poterit deesse ecclesiæ Catholicæ atque Apostolicæ. Non enim Deus clementiss. repellet plebem suam, non in æternum iratus comminabitur, non in æternũ implacabilis irascetur, non in æternum inexorabilis continebit in ira sua misericordiam suam, sed suæ promissionis memor optata illa suæ paternæ pietatis viscera in ira ista sæuissima quidem & acerbissimã, tamen iustissima, super nos benignè tandem effundet propitius.

Psal. 93. *Psal. 102.* *Ab indubiô Dei promissô. Eccl. Catholicæ, facto.*

Vulnera quisque nostra vtrique candidè, atque indissimulanter agnoscam⁹, eis ex animo Canonica toti quæramus remedia; quæ pacis atq; Christianæ sunt Concordiæ quæramus: & Deus pacis erit nobiscum. Pacem & veritatem diligamus, veritatem suam nos nõ cælabit, quæ vt manet in æternum, ita eam ipse custodit in seculum seculi.

Philip. 4. *Zacha. 8.* *Psal. 130.*

Venite ascendamus ergo ad Montẽ Dei Sion, de qua exiuit lex! Ascendam⁹ ad Ierusalem illam matrem nostram, de

Esai. 2.

Zach. 8. qua initio egressum est verbum Dei! Itaque pacem & veritatem ex animo diligentes connitamur, filij charissimi, toto pectore, vt Deus spei nostrę sua nos *Rom. 16.* impleat pace in credendo, & concordia vnius suæ fidei Catholicæ atq; Apostolicæ certoque adeò Euangelicæ readunate, atque totos imbuere dignetur: quam vos tam varijs aberrantes vijs suâ quisque sectando deseruistis, violastis, dirupistis, dissipastis. Intereà dum vos in- *Mich. 7.* dubia spe ad me breui redituros exspecto, ego iram Domini Dei nostri portabo, quia peccaui ei, acerbissimam filiorũ meorum charissimorum orbitatem perdolenter deplorans.

Et si enim vos à me totum hoc ferè iam seculum, ô longum mihi, vereque infælix seculum! vobis exitialiter subtraxistis: maneo tamen, maneo pijs electis Dei filijs omnibus mater ecclesia Christi Catholica. A qua ne infæliciter aberretis diutius sacrilegis istis implicati schismatibus, & dolosis illusi, immò à vera seducti Euangelij Apostolici doctrina sophismatibus, equidem die, noctuque, toto terrarum orbe pro Hæreticis & diabolica fraude deceptis omnibus Christi sponsi mei ouiculis suppli-

Sic in pijs illis Litanijs Sacrosanctæ Parasceues toto orbe ad Deum fusis

care

care assiduis non desino thronis. Quos si euestigio Deus exaudire nō dignatur, quia meritò mihi offensus: prò vobis tamen ô charissimi meę Germanię Principes, & Optimates, pro vobis, inquam, gemere, plorare, atque Propheticum illum strutionum planctum plangere nūquam desistam, donec vos ad sanam reuersos mentem, certoque exitio isti prę-sentissimo, & eo sempiterno exemptos, recuperatos mecum in vnitate fidei Catholicæ vestris à maioribus, tanta cum laude! tanta cum gloria! susceptæ, ac illustriori laude pridem in exteros propagatæ videro; & in vno Christi Iesu sponsi mei ouili congregatos. Nolite filij charissimi! Nolite matrem vestram Catholicam Dei Ecclesiam nunc nouā Dei, aut colendi, aut credendi docere formulam, quam vos post annos 1500. primi nouis vestris à Magistris adeò variam, adeò inter vos mutuò pugnantē nuper accepistis cætero meo gregi hactenus inauditā & incognitā, imò in concilijs vniuersi populi mei Christiani vniuersalibus sæpius dānatam. Nolite trāsferre terminos, quos posuerunt patres vestri! nolite vestrę iuuenili ac imperitę

perorat Ecclesia Christi Catholica.

Amos 5.
Mich. 1.

A nota odiosæ nouitatis doctrinæ à memoria Christianorum Ecclesiis incognitæ.

Prou. 22.

Ier. 6. inuiti prudentiæ: sed state super vias an-
Prouerb. 3. tiquas & interrogate Maiores vestros, pios, ac veros, vestro etiam iudicio, Dei veri cultores: qui in Germania mea omnium primi verum Christi Iesu sponsi mei acceperunt Euangelium toti orbi Christiano in vnitate fidei meæ Catholicę atque Apostolicæ consentaneum.

Quod si ad me vel post annos funesti istius schismatis vestri Germanici sexaginta, & quod excurrit, nondum redeundi est animus, vt Christiana Concordia in vnum illud pristinum coalescamus Domini Christi corpus; quod vestra modò iacet atque elanguescit, ne dicam, dilabitur, imò sensim totum emoritur, Discordia tot varijs nouæ fidei vestræ inter vos pugnis pertinacissimè armata, cauete filij chariss. iterum moneo, & obnixè obsecro, cauete, ne à vobis exemplo Syrorum, Armeniorum, Africanorum, Græcorum & vicinorum vobis Hungarorum auferatur ab infesta isthac vobis, adeoque capitibus vestris impendẽte Turcarum immanissimorũ Tyrannide regnum Dei. Ea enim iam nunc vestra in corpora in omnium miserrimam seruitutem redigenda; immò deglutienda crudeliter admodum inhi-

A certissimò Turcarũ Tyrannidis periculo.

at;ſanguinem veſtrum, miſeræque ſobolis veſtrę diriter ſitit; fortunas, filias, vxores veſtras, immò dulciſsima pignora vnicam generis veſtri ſpem, veſtros filiolos fædiſsimo illa flammata execrandæ libidinis œſtro iam pridem anhelat.

Aduerſus potentiſsimã eius vim veſtro confiditis, fortaſsis, cataphracto equitatu inuicto, vt arbitramini, aut firmiſsimis peditum roboribus, & numeroſis haſtatorum cuneis.

A ficulneo Germanicarũ copiarũ præſidio: quod Deo ſibi ob fidei Schiſmata offenſo temerè pollicetur.

At quorſum, obſecro, veſtras modò iactitetis vires, ita inter vos inteſtinis Religionis Chriſtianæ diſsidijs diſſectas, diſtractas, diſsipatas? An animis mutua Religionis diſcordia (qua vnus alterum pro impio, & Dei apoſtata, imò Idololatra habet) hoſtiliter diuiſis aliquod corporum eſſe queat robur? potiſsimũ vbi tot iam veſtros per nouos magiſtros ſparſa ſunt Turcici Dogmatis ſemina, quibus infirmiora pectora ad illam quaſi præparata ſunt. Iamdudum impiam doctrinam ſectati Caluiniſtæ, non minima, heu dolor! errantium mea à fide catholica per Germaniam portio, plurimis illi conſentiunt capitibus 18. aut minimum 15. Lutherani paucioribus: quæ hoc loco materni animi dolor incompa-

Vide Dialogos Lindani de Tranquillit. ſiue Ruewardum.

rabilis non finit vobis exponi fufius.

Et quidem cum inter vos mutuum regnent varia odia, & ea plus quam Vatiniana, vlloue pacto reconciliari nescia, quis nam futurus effet prelij, fi ita res ferat, euentus, facilè prudentes iam nunc vident; qui infauftam funeftæ illius Difcordiæ, potiff. in Religione, fibi notam habent indolem; qua vna vel maxima funt collapfa regna. Adeo difsidium perniciofa res eft, ô filij mei omnium chariff. vt diuifi corruatis! qui adunati vniuerfum terrarum orbem viribus foletis territare. Deus pacis amator non eft iftius inter vos difsidij author: fed inuidus ille hominum miferorum hoftis Diabolus, qui inter vos, ô mea vifcera,& charifsima mihi & germanifsima! inteftinam ferit difcordiam; vt quos prelio tentationum carnalium non poterat conuellere, Chriftóque fponfo meo fubducere,odijs inteftinis & exitialibus, adeoque amente ifthac vnius illius Religionis Difcordia collidat: quò in æternum fuum vos det præcipites barathrum. Flagrantibus igitur inter vos iftis internecinis odijs longè omnium acerrimis,quænam,obfecro mei filij chariff. vobis eft fiducia de fido

in

in illum hostem & securo inter vos auxilio? quænam de mutuo vos serio adiuuandi subsidio confidentia? An non semper Catholici à Gothis, Vvandalisque, licèt socijs, sed Arrhianizantibus, sibi metuebant? an cum illorum copijs ipsi hostem sese confidenter arbitrabātur aggressuros?

Vide Procopiū & P. Diaconum.

Sed vt demus vos aliquo fortè Syncretismo iustum, & hostibus robore parem posse exercitum tandem conflare, an Deo vobis malè propitio, immò vehementer dissidiorū istorum causa offenso fæliciter cōtra illū Germaniæ castigādæ diuinitus immissum Turcā truculētissimū vos pugnaturos arbitramini? Simili prorsus, simili vereor equidē, euentu: quo Israel olim sui Ducis Do. Dei varia ob scelera destitutus auxilio, atq; inuicta eius meritò desertus propugnatione contra Syrios, Babylonios & Assyrios. Hunc igitur hostem ceruicibus vestris in dies imminentem cogitate potētissimum, vobis infestissimū, victorijs licèt præclarissimis insatiabilē, nullis stantem pactis, fædifragū, atheum, nulli parcentem ætati, nulli sexui, nulli ordini. Alienam omnē à sua barbarissima Othomannica nobilitatem spernit, cōculcat,

Ab odio Germanicæ nobilitatis, stirpit certò per Turcam abolēdæ.

proterit,euertit,delet. Nullum veræ nobilitatis patitur ſupereſſe veſtigium. Exſtant quidem veſtram per viciniam miſeræ Palæologorum & Catacuzenorum reliquiæ:ſed quas,meo quidem iudicio,haud ambigo quin & veſtro, ſatius erat non exſtare: quibus non licet niſi aut bubulco, aut opilioni, aut ſubulco nubere. Credite, obſecro,ſi non mihi, ſaltem oculatis teſtibus fide dignisſimis, qui recentia commemorant ſpectacula ſibi annis hiſce ſuperioribus viſa. Cauete igitur ne per immaniſsimam Turcæ tyrãnidem vobis auferatur regnũ Dei, veſtramet nouæ Religionis diſcordia nunc vehementer luxatum, ne dicã veſtris in animis haud mediocriter labefactatum , ac tantum non euerſum. quia nomen quidẽ ſpecioſum religionis Chriſtianæ obtinetis:ſed amiſſa re ; quæ iſtis in diſsidijs inteſtinis non poteſt ſtare, ne dum florere,aut germinare. fides enim veſtra iam Chriſti nomen exuta dicitur (ſicuti re ipſa eſt) aut Lutheri aut Oſiãdri,aut Caluini. Turcam autem quãdo dico,quidnam dico? an Dionyſium illum Corinthium? an Nabuchodonoſorẽ ? an Teglatphabaſſar? an Siculos illos tyrannos ? ludus ſunt & iocus præ Turcica

Vide itinera Turcica D. Busbecij.

Collatio Turcicæ Tyrannidis à minori.

cica isthac captiuitate. An Taberlanem illum Tartarum? aut Attilam, aut Totilam? nugæ sunt eheu mei filij chariss. nugæ sunt præ immanissimorum Turcarum in deuictos pios Christi Iesu (cuius odio plus quam Sathanico inflammati flagrant) cultores beluina rabie. grassantur crudeliter, sæuiunt immanissimè, sua pro barbara libidine in omnem & sexum, & ætatem impotentissimè dominantur. Quo suo voto vt tandem potiantur, nullo satiati Christianorum sibi rabie quadam dæmoniaca exosissimorum sanguine, in dies sese ab omnibus vndique instruunt rebus, quæ indubiã ipsis pariant de vobis victoriam. Tyronicinia quotannis legunt ex miserrimis Christianorum apud ipsos durissimam seruitutem seruientium reliquijs noua, quibus non modò, vt solent, nonũ quẽque, aut decimum: sed aut quinum, aut ternum, aut vniuersos alioqui, dũ libet, abripiunt eiusdem generosioris familiæ masculos. Ab omnibus, dico, tot iam annos sese instruunt vndique, vt vos quos norunt, plurimis in sua castra ex vobis transfugientibus, mutua Religionis discordia fractos, diffidentia mutua dissolutos, odijsq; plus quam nouercalibus,

Ab incredibili ac beluina in omnẽ sexũ atque ætatem crudelitate.

Ab horribili delectu Tyronum ex familijs Christianis captiuis et subiugatis.

ac vestros per Magistros irreconciliabilibus tantum non perditos, nec opibus paribus instructos, nec copijs idoneis (quia nec veteranis, nec militari disciplina exercitatis) armatos, nec solido animorũ consensu atq; inuicta concordia coniuratos omnibus semel suis viribus lõge omniũ potentissimis opprimat. Ab isto igitur Hoste Turca, ô mei filij charissimi, vobis cauete in tẽpore, dũ vos clementissimus Pater cælestis ad resipiscentiam, & renouandã mecum in vnitate fidei Catholicæ atq; Apostolicæ concordiã totus expectat anhelus. Si quidẽ ad vos, vti olim, assiduus clamitat. Erudire Germania: erudire ad recuperandã
Ierem. 6. vnius fidei meæ concordiã: ne fortè recedat anima mea à te: me fortè ponam te desertam: terrã inhabitabilẽ: Redite igitur obsecro per Christũ Iesum, ô mei filij Chariss. redite ad vinculum illud fraternæ dilectionis per concordiam Apostolicæ Religionis: ne auferatur à vobis regnum Dei, & detur genti facienti fructum eius. Quod an non sit modò apud Indos & Synas, & Moschos, aliosque inchoatum feliciter, vobis clam esse non opinor. Hoc tamen omen Deus vobis auertat propitius, mentemq; vobis lar-

giatur veræ atque Christianæ Concordiæ studiosam : vt in vnitate fidei meæ Catholicæ, eiusdemque Apostolicæ ac Euangelicæ à spiritu Dei pacis amatore congregati, vno ore laudemus Deũ cœli Patrem nostrum patrumq; nostrorum verè piorum & moribus verè Christianis diuinum eius nomen ex animo studeamus celebrare, quò per illã angustã Euangelicæ vitæ portam ad vitam omnes perueniamus æternam.

Quod nobis ad vnum omnibus sua pro immensa clementia & pietate ineffabili, vereque in omnes ipsum ex animo timentes paterna largiatur Deus in secula benedictus.

Amen.

Deo soli Honor & gloria.

CATALOGVS CONFESSIONVM AVGVSTANARVM, ET APOLOGIARVM VArijs annis variè admodum, adeoque inter se pugnanter editarum: quibus ad Concordiam Protestantium malè conciliatam, imò verè discordem anno 80. initam refellendam in hac Ecclesiæ Christi Catholicæ Querimonia vsus est VVilhelmus Lindanus Ecclesiæ Ruremunden. Epis.

EX miseris Reliquijs, suæ spoliatæ, dilaniatæ, atq; foliatim discerptæ bibliothecæ: quam ann. 72. Vvilhelm⁹ Nassouius Princeps Arãgiæ post crudelissimã 23. Sacerdotũ Dei cædẽ meliori ex parte diripuit, atq; dilaniauit, & ann. 78. propter statuum Belgicorum obsidionem Ruræmũden. & Authoris proscriptionem huc illuc dissipatæ, ac non leui ex parte deperditæ.

Ann. 30. 1. Confeßio Augustana Carolo V. A. anno 30. exhibita ex Archiuis Protestãtium de Autographo, vt aiunt ipsi, nunc ædita

ædita in opere Concordiæ anno 80. initæ.

2. Confeſsio Auguſtana Carolo V.A. Latinè Auguſtæ anno 30. à Principibus exhibita Philip. Melanthonis manu deſcripta: cuius Autographum ex Archiuis Philippi Regis Reueren. D. Viglius Zvvychemus VVilhelmo Lindano,& Cl,V. Ioachimo Hoppero an.60. candidè communicauit cum alijs exemplaribus conferendum. Ann.30.

3. Confeſsio Auguſtana ab ipſo Luthero pro genuina agnita & in eius operum æditione Ienen.anno 76.Tomo.6. expreſſa. Ann.30.

4. Confeſsio Auguſtana Latinè atque Germanicè cum prima Apologia latina VVittenbergæ ann.31.impreſſa per Georgium Rhau forma 4.Refutata paſsim à doctiſſ. Theologo Ven. V. D. Iohan. Driedone. Ann. 31.

5. Confeſsio Auguſtana & Apologia Germanicè,per Iuſtum Ionam conuerſa ann.31.VVittenb.impreſſa per Georgium Rhav in 4. Ann.31.

6. Confeſsio Auguſtana & Apologia Latinè VVittenbergæ anno 31.per Georgium Rhav in 8. Ann.31.

7. Con-

Ann. 32. 7. Confeſsio Auguſtana & Apologia Germanicè ann. 32. impreſſa Norinbergæ per Iohan. Petreum in 8.

Ann. 35. 8. Confeſsio Auguſtana & Apologia Latinè excudebatur Auguſtæ anno 35. forma 4.

Ann. 37. 9. Confeſsio Auguſtana & Apologia in 8. Haganoæ per Valētinum kobium ann. 39. quam D.D. Iodocus Tiletanus paſsim adnotauit & refutauit.

Ann. 40. 10. Confeſsio Auguſtana & Apologia impreſſa Vvittenbergę ann. 40. per Georgium Rhav in 4. & paſsim à Reuerendo D. Ruvvardo Tappero Enchuſano Decano Louan. iugulata & breuiter cōfutata.

Ann. 41. 11. Confeſſ. Auguſtana & Apologia eiuſdem Latinè in 4 notata & paſsim exagitata à Reueren. V. D. Iohan. Gropperο.

Ann. 43. 12. Confeſsio Auguſtana anno 43. Belgicè conuerſa V Veſaliæ per Iohan. Braker in 4.

Ann. 53. 13. Confeſsio Auguſtana cum Apologia, & Saxonica & V Vittenbergē. Frācfordiæ impreſſa ann. 53. per Petrum Brubrachium for. 4. Hanc nobis magis tritā hoc opuſculo citamus: quādo aliud exemplar non ſignificamus.

14. Con-

14. Confessio Augustana & Apologia *Ann.* 53.
Vvittenb. per Petrum Brubrachium æ-
dita ann. 53. in 4.
15. Confessio August. & Apologia Bel- *Ann.* 58.
gice conuersa Vvesaliæ ann. 58. impres-
sa per Iohan. Braker in 8.
16. Confessio Augustana & Apologia *Ann.* 59.
VVittenbergę cum confessione Saxo-
nica anno 59. edita per Petrum zeils
in 8.
17. Confessio Augustana & Apologia *Ann.* 61.
Germanicè impressa Vvittenbergæ an-
no 61. per Hæredes Georgij Rhav in 8.
18. Confessio Augustana & Apologia *Ann.* 66.
Belgicè cum confessione Antvverpien.
Eccl. ann. 66. ædita in 8.
19. Confessio Augustana duplici edi- *Ann.* 67.
tione, atque Apologia impressa Basileæ
anno 67. per Petrum Pernam.
20. Confessio Augustana & Apologia *Ann.* 70.
ædita Ienæ anno 70. per Hæredes Chri
stiani Rhodij.
21. Confessio Augustana & Apolo- *Ann.* 70.
gia Germanicè ex antiquissimo exem-
plari anno 31. VVittenbergæ impresso
ad verbum fidelissimè (vt aiunt) ex-
pressa Ratisponę ann. 70. edita Franco-
forti ad Mænum ann. septuagesimo for-
ma 4. cum castigationibus aliquot fo-
lio-

liorum & locorum plurimorum Germani cuiusdam Anonymi.

Ann.73. 22. Confeßio Augustana cum Apolog. anno 73. in Harmonia Reuerendi D. Andreæ Fabritij ædita Coloniæ anno 77.

Ann.80. 23. Apologia Confeß. Augustanæ assuta in opere Concordiæ ann. 80. initæ impressa Tubingæ ann. 80. per Georgium Gropenbach.


24. & 25. Sunt & alia exemplaria Cõfeß. Augustanæ atque Apologiæ subinde à doctiß. viris D. Iohan. Eccio, Cocleo, D. Iohan. à Dauentria, D. Iohan. Hoefmeistero & alijs Catholicis hic cõmemorata.

Vincat veritas, Cui Euangelica congaudet Charitas.

C A.

CAPITA ET METHODVS DEDICATORIAE IN DISCORDEM ALIQVOT PROtestantium Germanorum Concordiam ann. 80. quadam imaginaria Syncretismi specie initam ad Sereniss. D. Imperatorem Radulphum II. Austriacum.

Dedicatoria Methodus & Capita.



Vòd frustrà Hæretici omnes contra vnam Catholicam Iesu Christi Ecclesiam varias suas inter se ipsi moliũtur Cócordias, quum spiritu Discordiæ agantur: qui semper sibi non potest non dissentire, ideoque illæ nec firmiter coire, nec diu stare saluæ possunt, non magis, quam olim Arrhianorum perfidia Synodis minimum XII. suffulta, vt nec rabies Caluinistica, plurimis licèt conuenticulis passim nunc luxurians. 1.

De callido aliquot Protestantiũ Syncretismo, quẽ anno 80. varijs artibus & astutis strophis commoliebantur: sed quem nobiliora plurima illius semichristianæ Confessionis Augustanæ mem- 2.

bra, vt & præclariores plurimi eiusdem professores, meritò refutârint, qui suo præiudicio illam fictitiam Lutheranorũ dictam concordiam liquidò vanitatis condemnant. Vnde liquet eam diu stare non posse. Sunt enim & inter eos quidã Protestantium Eccl. Ministri: qui à Iudæo Superintendente in Germania constituti Dom. Christi gregem pascunt, ne dicam diglutiunt prætextu Euangelij Saxonici. quod liquido demonstratur.

3. Quod Germania isthoc exitiali Religionis dissidio laborãs certo, et eidem ineuitabili sese parat exitio, varia sibi erigens Idola, ruinosaque altaria: quæ Deus ipse iuxta Prophetias euertet, vt olim Arrhianorũ, Macedonianorum, Entychianorum, Eunomianorum, Monothelitarum, Acephalorũ & similium erronum vano semichristianæ fidei titulo gloriantium atque florentium quidem ad tempus quoddam, sed citò euanescẽtium.

4. Quam insano teneatur nouæ doctrinæ studio isti huius tempestatis Pseudo Prophetæ; qui suam subinde doctrinã, vt ipsi quidem iactitant, Euangelicam in stolidi & inconstantis, variantisq; populi gratiam non semel commutant. im-

mò

mò plebi cæco iudici offerre non dubitant arbitrium, quodnam omnium istorum nouatorum audire tandem libeat Euangelium?

Cum Catholici diuinam habeamus promissionē varia ista nouorum Dogmatum idola à Deo indubiè subuersum iri, dandam esse pijs omnibus, & in primis Sereniss. D. Imperatori operam, vt sublatis per Germaniam Religionis dissidijs procul dubio ipsi ineuitabiliter existialibus, vna fide Apostolicā, & eadē Euangelica, vnoque ore colamus Deū Patrum nostrorum. 5.

Non audienda illorum consilia præpostera & inconsulta, qui gliscentibus in dies Hæresibus opinantur Doctorū scriptis, colloquijs, aut Synodalibus potissimum remedijs occurrendum nō esse: cùm aliud indubitatum horū exitialium malorum nostrorum non sit remedium, quam in Synodis Episcoporum Canonica omnium tam Cleri, quam aulæ, ac populi deformationum & abusuū reformatione vigentibus. Vbi & Antipophora quorundam refellitur, qui opinantur nihil cōtra Hæreses passim grassantes scribendum: quod satis, vt inquiunt, in Concil. Trident. sunt damnatæ. 6.

7. Ab exemplis contrarijs prudentissimorum Maiorum nostrorum.

8. Ad Synodos ergo redeundum, si religionem Christianam, imò si rempubl. & ipsum adeò imperium Rom. cupimus saluum, vbi de tollendis Synodorum impedimentis aliquot agitur; puta vt sine graui sumtu illuc conueniant Episcopi, Abbates, & cæteri, ac sine aulica pompa & luxu omni; non ad conuiuia, non ad delicias; sed ad preces, ieiunia & nudipedalia more piorum Maiorũ nostrorũ.

9. Ab exemplis varijs piorum Principum: qui simili orta Reipubl. tẽpestatẽ suo non defuere officio Christiano in salutariter cogendis Episcoporũ suorũ Synodis pro conseruanda vnius fidei certò Christianæ cõcordia, & Reipubl. suæ salute vindicanda, & stabilienda, simul & tuenda.

10. A dissimili, quantũ his annis laborarunt aduersarij pro stabilienda sua nouæ & Deo exosa Conf. Aug superstitione.

11. Quidnã pijs Principibus faciendũ, si suo deesse videantur officio in sedandis Religionis dissidijs Ecclesiastici?

12. Officium Principũ Christianorũ exponitur, quod periclitanti debent Religioni, pręcipuè quãdo ab Hæresibus grassan-

ſantibus certiſsimum, atq; adeo præſentiſsimum ſuo etiam regno impendet periculum.

Eſſe Principum Chriſtianorum non ſolum Hæreſes inualeſcentes,& interitũ Reipublic. ſuæ intentantes legibus æquiſsimis, ſed nõ inanibus & papyraceis edictis retundere,ſiſtere,euellere,exſtirpare: ſed grauiores Clericorum etiam abuſus,certiſsimas illarum origines,per Synodos Eccleſiaſticas ſeueriter caſtigare,atque rigidè ad Canones denuò redigere. 13.

Ab exemplis Caroli magni,& Ludeuyci pij,& aliorum. 14.

Non differendam Synodũ Germaniæ quia Epiſcoporũ quidam parum videntur ſpei præbere.Nam & Euphratã Arianum Hæreticum Colonien. Synodus DD.Seuerini & Seruatij noſtri degradatum ordine mouit,& Epiſcopos Bauaros atq; Saxonicos Synodus Moguntina D.Bonifacij caſtigauit. Vbi depingũtur graphicè,qui cogendis per Germaniam Synodis obſtrepunt ſuo metuentes & pigro ventri,Bulgæ inſatiabili,& delicatæ culinæ. 15.

A contrario,exemplo aduerſariorũ. Vbi exponitur quantum laborarint no- 16.

ſtri temporis Hæretici in Gallia, Helvetijs, Anglia, Germania & Belgica pro ſuo quiſque nouo Euangelio ſtatuendo.

17. Collatio diligentiæ Catholicorũ pudendæ cum aduerſarijs; & quantum reperiantur ſuo defuiſſe Eccleſiaſtici officio: quorum cauſa potiſsimũ fuit, Christo Germanis fauente, Concilium Tridentinum habitum ac legitimè abſolutum.

18. Non deſpondendum animũ pio Imperatori Radulpho, etiamſi Epiſcoporum paralyſi quadam laborantium auxilio videatur deſtitutus, ſed ſuo vtendum & nunc eſſe confidenter officio, diuinitus impoſito, vt Ioſaphat Ezechiæ, Ioſiæ, ac Iouiano: qui vnus Athanaſij, vt olim Iehu pij Ionadab filij Rechab fretus conſilio & auxilio, vniuerſę Christi Ieſu Eccleſiæ moliebatur ex ſæuiſsima vbiq; graſſantis Arrhianiſmi procella tranquillitatem.

19. A minori, quantũ pridẽ à Principibus Catholicis laboratũ pro exſtirpando Põtificum Rom. ſchiſmate, vnde minus erat Reipubl. Chriſtianæ toti periculum, quam nunc noſtris ab Hęreticis in omnes hominũ ſtatus ſeditioſiſsimis ni deſint vires.

A ne-

A necessario, quòd iuxta infallibilē Domini Christi Iesu prophetiam Rom. Imperio ex istis intestinis Religionis Christianæ dissidijs, & mutuis Hæreticorum natura seditiosissimorum discordijs ineuitabile impendet exitium. quod liquidissimis Græcorum, Gallorum, Iudæorum & Belgarum demonstratur exemplis. 20.

A dissimili Aduersariorū studio: qui nullum non mouent lapidem, vt aliqua inter ipsos, licèt irreconciliabiliter dissidentes, populo Germanico in speciem appareat vnius Euangelij cócordia: quæ in eo sita est, quod omnes Catholicæ aduersantur Christi Ecclesiæ, tametsi mutuo sibi dissonantes, alijque aliud crepātes Euangelium, ac se mutuò erroris sacrilegis condemnantes, librosque, & ipsos adeò Syneuāgelicos fratres flammis tradentes atrocibus. 21.

Quam certus concordiæ in Religione fructus sit consequuturus, si Germaniæ Principes serium viderint Imperatoris studium ad exsecranda, & quodā Dei zelo ipsis exosa Clericorum & Monachorum vitia per Synodum Ecclesiasticam quærat, quæ Christi sunt. 22.

Quam certa pijs sit spes reducendæ 23.

per Canonicam Synodum ad fidei vnitatem Germaniæ; cùm Protestãtes pauculis dissideãt à Catholica Ecclesia Dogmatibus, sex aut summum octo: in præcipuis verò adhuc fidei capitibus illi cõcordes.

24. Declaratur indubia conciliandæ cum Principibus Protestantium Concordiæ spes à pia ipsorum professione disertis verbis contestata. Vbi ratio concordiæ cum Romana Ecclesia ipsorũ libris oblata expéditur, & paululum ad veri normam castigatur.

25. Spem hanc piæ subsequuturæ cũ Protestantibus Concordiæ haud mediocriter augent illæ nuper ipsorum Legationes ad Patriarcham Constantinopolitanum; à quo suam Confessionem Augustanã Græcè conuersam haud ita pridem approbari non sine muneribus ambierant. Exponitur causa cur falsam Euãgelij Germanis initiò prædicati Da. Chythæus finxerit originem.

26. Demonstratur magna veritatis vis, quæ inuitis etiam aduersarijs sese ipsorũ testimonijs statuit firmius; vt insanorum more ipsi suo sese perdant telo. Nã enumerantur Dogmata controuersa, quæ Græci illi, etsi Daleris aliquot tentati,

tati, his literis à Dauide Chytræo in lucem nuper editis liquidò & nobis confirmant, & Protestantes sui à Catholica Christi Ecclesia nefarij schismatis condemnant, Discordiæque Sathanicæ manifestò euincunt.

Legationem Protestantium ad Græcos super sua cum illis in fidei Dogmatibus concordia in contrarium ipsis accidisse: cùm epistolis suis iam nunc declararint se ab ipsis in præcipuis fidei articulis dissentire, nobisque suffragari Catholicis. Aperitur etiam causa cur à miseris Græcorum reliquijs non paucorum errorum suspectis potius, quam ab incorruptis ipsorum Patrum veterum scriptis suæ nouæ Augustanæ superstitionis confirmationem petere maluerint. 27.

Quòd Protestantes sibi iam pridem ipsimet præiudicarunt in Dogmatibus diuinæ Transsubstãtiationis, & alijs: quę in sua prima Apologia testimonijs Græcæ Eccl. constabilierunt. 28.

Exhortatio à spe ineundæ feliciter cum Protestantibus tandem Concordiæ: potissimum, quia modo sunt à Patriarcha Constantinopolitano 29.

ſuo, vti ſperarât patrono capitibus fidei minimum 33. ſolide atque liquido refutati, adeoque Catholicis concorditer cõdemnati. vbi declaratur quàm ingens, vereque immortalis gloria Imperatorẽ Radulphum ſit ſupra ſuum Patrum Carolum V. A. & auum Ferdinandum A. conſequutura, quòd ſuo iam nomini Pheronymos zelo fidei Apoſtolicæ, atque eiuſdem certò Euangelicæ inſtigatus ſtuduerit Concordiam Religionis Rom. Imperio in Germania reddere, atque ſingulare illud Conſilij Tridentini trophæum à Deo Germanis præcipua clementia, pietateque paterna ad ſalutẽ iam pridem erectum ſuo vſui tandem ſalutariter dare, ſtabilire, propagare, ſeduloque tueri.

30. Epilogus.

CON-

CONCORDIA DISCORS GERMANORVM ALIQVOT PROTESTANTIVM.

Operis huius Methodus & Capita.

SIVE

QVERIMONIA CATHOLICAE CHRISTI IESV ECCLEsiæ ad Germanos Protestantes: cuius hæc sunt Capita, & Methodus tribus orationibus dispartita.

Catholica CHRISTI Ecclesia *Cap. 1.*
Prophetico Threno suam apud S. Romanor. Imperij Principes & Ciuitatum Gubernatores Protestantium nomine Gaudentes calamitatem deplorat: quibus ostendit non Christianum, immò CHRISTI abnegatorem, qui aliquot fidei Dogmata mordicus obtinens quædam contumax repudiat, aut temerarius noua humanę doctrinæ adtexit commenta: sed oportere illam integram & sartam tectam, nulla sui parte imminutam, aut adauctam cum Ecclesię concordia & vnitate ouilis CHRISTI

STI conseruari in omnibus.

2. Cur tot hodie nouæ oriantur fidei Christianæ Confess. quot ferè sunt Hominum voluntates.

3. Quod nouæ istæ fidei Confeßiones, quæ nomen aut à loco, aut ab Hominũ persona ducunt, Christi nomen iam exutæ non sunt Christianæ: sed certò Antichristianæ.

4. Exemplo Adamantis demõstratur fidẽ Christianã cuiq; oportere integrã esse atq; inuiolatã, nulla sui parte diminutã, vt nec vllius Dogmatis noui auctario suffarcinatam.

5. Quod addendo fidei peccant iuniores Protestantes. Primũ quod Sacramento Eucharistiæ nũc suũ panẽ addunt pistoriũ, contra fidẽ priscorũ Christianorum & contra suã adeò primã Confess. Aug. Carolo V. A. exhibitam, & primam atq; incorruptam eiusdem Apologiam.

6. Collatio est Apologiarũ illius primæ an. 31. editę cũ hac in libro Cõcordiæ an. 80. Vbi plurima demõstrantur fraudulẽter, & dolo malo à Theologis Protestantium immutata, mutilata, omissa: quæ optatã illam dißidentibus Christi Ecclesiæ certo pariant concordiam Religionis.

7. Quod suo pani prophano sua in Cęna Protestantes irreligiosa temeritate corpus

pus Chriſti affingunt, cùm miniſtri ipſorum ad vnum ferè omnes nõ ſint conſecrati ſacerdotes Chriſti, ideoque nec facultate, nec Chriſtiano S. Euchariſtiæ diuinitus conficiendæ officio prædіti.

Quòd Theologi ordinum Proteſtanti um contra fidem Confeſſ. Auguſt. ſacrilega impietate in hac Concordia addunt humano Chriſti corpori fictitiam ſuam Vbiquitatẽ Deitati eius peculiarem: quę cũ veritate corporis Chriſti nõ poteſt cõ ſiſtere, niſi illud cũ ſacrilegis Entychianis & prophanis Manichęis fateantur eſſe imaginariũ. Idẽ nouũ Vbiquitatis Idolũ ſolidè cõfutatur ex præiudicio Synodi Dreſden. ann. 71. in qua vniuerſi Saxoniæ Doctores & Superintendentes illud ex ſuo Luthero & cõſenſu vniuerſę Orthodoxæ Chriſti eccleſiæ iam pridẽ fun ditus euerterunt, & Hęreſeos adeo Eutychianæ damnarunt. 8.

Quod baptiſatis Chriſti ſanguine impiè affingũt peccatũ verè adhærens, cùm ſint omni emundati peccato, culpa omni & reatu verè, nõn imaginariè abſoluti, & Chriſti ſanguine ſemel omni peccati macula ad purum putum expurgati. 9.

Qđ intolerabili blaſphemia D Chriſtũ Proteſtãtes afficiũt ipſũ inuocãtes & ꝑ ſe oret Deũ Patrem, cùm ſit vniuerſorum 10.

Do-

Dominus,& omnium Iudex à Patre cõſtitutus,non qui ſupplex alijs veniam oret,ſed vt tradita ſibi à Patre poteſtate in omnes ſuo pro imperio vtatur.

Hãc irreligioſam Lutheranorũ Chriſti inuocationem fuiſſe Cathol. Chriſti Eccl.ſemper ignotam,& à Mart. Luthero impiè,ac ex pudenda Euangelij ignorantia confictam nefarium Neſtorianiſmum ſapere. Vbi varia ponũtur SS.Scripturarum loca,quæ Lutherus à Rabbinis & Iudaizantibus deceptus ſuis in deprauatiſsimis Biblijs contra ſingularem Dom.Chriſti Maieſtatem ſceleratiſsime paſsim adulterauit.quo facinore orbi ſuum declarauit Neſtorianiſmum.

Secundæ orationis Argumenta & Cap.

1. Quæ fidei detrahendo peccent Proteſtantes,vt pote quod abolent S.Trinitatis cultum & inuocationem.

2. Quòd doctrinæ Chriſti Euangelicæ ſacrilegi detrahunt Chriſtianam ex bonis operibus iuſtificationem,ad quã impietatem ſtatuendam Lutherus & D.Iacobi Apoſtoli epiſtolæ fidem ſtolidè abrogauit,& epiſtolam D. Pauli ad Rom. adijciendo ſuum venenum nefariè adulterauit.

Quòd

Quòd Christianæ Litaniæ piam Sanctorum ad comprecationem & auxiliũ inuocationem impiè Lutherani detrahunt. 3.

Quòd temerè Protestantes iactitant se Missam retinere: cùm potissimã eius partem puta Sacrificium Propitiatorium irreligiose admodum abiecerint. eam enim fatentur esse Sacrificium Eucharisti cũ; tametsi neutrũ legatur in verbo Dei. 4.

Quòd solemnem Christianorũ orationem pro fratribus vita functis impiè abijciant Protestantes contra verbũ Dei. 5.

Quòd noui Protestantium Theologi numerum Sacramentorum Christi sacrilegè imminuunt, & sibi de illorũ numero constare nequeunt; cùm hoc ipso Concordiæ opere alibi duo tradant, alibi eodem libro ex Dei verbo tria sese statuere profiteantur. 6.

Quòd Sacramentis suis Protestantes veram detrahunt Christi sanctificationem, & Euangelicã Christi ex dimidio abolent iustificationem, S S. Scripturas liquidò deprauantes. 7.

Protestantes addendo & detrahendo fidei Catholicæ cum impio Achab turbasse Israhelem: cuius exemplo metuenda ipsis est plaga furoris Domini, quæ 8.

nunc Armenos, Syros, Græcos, & vicinos exercet ac malè coquit Hungaros.

Tertia huius Querimoniæ Oratio.

1. Transitio ad examen Cōcordiæ ann. 80. editę. Vbi ostenditur hanc Protestātium Concordiā stare non posse, quòd Asystato & ruinoso nititur fundamēto: quia tria illa Symbola suæ fidei ceu fundamenta iacta sex locis sacrilegè verbis adulterant, & sensu non Christiano deprauant.

2. An vera sit confeßio August. quam habet Codex Cōcordiæ nūc editus. Vbi Cadmæa quædam Confeß. August. inter se ex Diametro dißidentium pugna tanquam Homerica Batromyomachia depingitur.

3. Collatio huius Confeßionis anni. 80. editę cum Autographo eius Latino Augustæ ann. 30. Carolo V. item exhibito.

4. Quod ordinum Protestantiū proceres dolo malo à suis Theologis Concordiæ rapsodis delusi suæ veræ ac genuinæ Confeß. Aug. falsam, deprauatā & adulteratā ediderunt Apologiā, quæ insuper hāc ipsam funditus euertit Cōfeß. Aug. tametsi velut authenticam eodē codice Concordię hoc anno comprehensam.

Quòd

Quòd Apologia nũc edita falſum ſubinde narrat contra fidem Hiſtoriæ actorum in Comitijs illis Auguſtanis. 5

Quòd falſa plurima Dogmata Theologi Proteſtantium ſua in Apologia fratribus ſuis Catholicis per Calumniã affingunt ad fouendum exſecrabile iſtud Germanici ſchiſmatis ſcelus. 6.

Quòd ijdem non modò SS. Patrũ verba deprauant et adulterant: ſed ſui etiam Magiſtri Lutheri ad ſua noua ſtabilienda figmenta. Vti varijs demõſtratur exẽplis & querelis Vvittenbergen. contra Iennenſes & Illyricanos: & è contrario Tubingenſium contra Vvittenbergen. 7.

Quòd contraria ſui Magiſtri Lutheri placitis docent fideles iſti Lutheri diſcipuli. Hoc quatuor fidei Dogmatibus oſtenditur, de D. Iacobi epiſtola, quam cõtra illum nunc agnoſcùnt Canonicã: de SS. inuocatione, de purgatorio & de nouo iſtorum Brentianorum Vbiquitatis Idolo. 8.

Quòd diuinas etiam Scripturas ſceleratiſsimo Lutheri exemplo violare, ac temerare, adeoq; adulterare atque vitiare audent, vt noua & plura nouorũ ſuorũ Dogmatũ ſtatuãt Idola. quod plurimis SS. Bibliorũ docetur corruptelis fædiſsimis. 9.

10. Quòd per Sycophãtiam accuſant Ca tholicos Idololatriȩ iſti Theologi Proteſtantiũ: cùm hoc ipſum illi docent, quòd prima ipſa & genuina profitetur Cõfeſſ. Auguſt. cum prima ſua Apologia Vvittenbergæ Ann. 31. edita hoc ipſo concordiæ opere approbata.

11. Quod Confeſſ. Auguſt. verè eſt ſemichriſtiana, quæ multa fidei Dogmata reijciens, & impie damnans adeò non efficit Chriſtianos, vt verè (quod aiunt D. Cyprian. & Auguſt.) faciat Antichriſtianos. Siquidem corpus Chriſti, quod Catholica eſt Eccleſia, truculentiſsime dilaniat, & eius vnitatem in fidei concordia nõ ſeruat: ſed ſacrilega diuiſione altare contra altare certiſsimã Proteſtantium omnium pernicie conſtituit.

12. Querȩla Eccleſiȩ quòd miſeri Germaniæ Principes & Optimates dolo malo ſuorum Theologorum in præſentiſsimas Dei plagas, Turcarũ ſeruitutem, & alias ſeſe dant præcipites. vbi demõſtratur qua fide illi egerũt Theologi in Legatione ad Patriarcham Conſtantipolonitarum ante annos ſex miſſa: in qua ſeptem Synodos Oecumenicas fraudulẽter profeſsi (vt eius eblandirentur fauorem) ſeſe ſchiſmatico illi Patriarchȩ do-